
Alexander Carerius de Potestate Roman. Pont.


NAZIONALE
13
26 B
67

DE

POTESTATE
ROMANI PONTIFICIS
ADVERSVS IMPIOS POLITICOS

LIBRI DVO

[illegible]

AD Ill.mum & Rev.mum Dominum D.
FRANCISCVM [illegible]
Sancti Georgii in Velabro, S. R. E.
Cardinalem Amplissimum,
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

Parisiis apud Franc. [illegible] 1593

DE POTESTATE ROMANI PONTIFICIS ADVERSVS IMPIOS POLITICOS.

LIBRI DVO.

Alexandro Carerio Patauino. I. C.
AVCTORE.

Ad Ill.mum & Reuer.mum Dominum, D.
FRANCISCVM EX COMITIBVS
Sancti Georgii, & Blãdratæ, S. R. E.
Cardinalem Amplissimum,
Flaminiæ Legatum, ac Ferrariæ Collegatum,
Patronum Colendissimum.



Patauij, apud Franc. Bolzetam. 1599.

ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISSIMO

D. D. FRANCISCO EX COMITIBVS
Sancti Georgii, & Blandratæ

S. R. E.

Cardinali Amplissimo,

Flaminiæ Legato, ac Ferrariæ Collegato, Patrono Colendissimo.

Alexander Carerius Patauinus. S. D.

DVM hoc opus meum, Cardinalis Amplissime, sub tuis fœlicibus auspicijs in lucem edere, & amplissimo tuo nomini dicare cogitarem; Duæ ex multis, & præclaris animi tui dotibus sese mihi statim obtulerunt,

Iudicium

Iudicium sublime, & ubiq; prædicata Benignitas; Iudicium efficit, vt in excusando, vel incusando opere ipso tempus non conteram, cum quicquid siuè mendi, siuè alicuius momēti contineat tibi quam cuipiam alij notius, ac exploratius esse possit; Benignitas verò, vt audacter illud tuo patrocinio commendem, allicit, & impellit, indequè optimum fatum sortitus videor, dum quem Censorem operis iudicium exhiberet, eundem Benignitas exhibeat operis, & authoris protectorem. Ita te Deus Opt. Max. diù seruet incolumen, mihiq; vt aliquod seruitutis genus apud te subeam, vndè singularem erga te animi mei propensionem agnoscas, dignetur impertiri; tūc enim quem fructum ex hoc labore meo maximè cupio fuero consecutus.

Patauij Idibus Dec. Anno à Virginis partu 1599.

INDEX

Omnium quæ in præsenti opere continentur, serie Alphabetica ordinatè distinctus.

a *Apost.*

Papam

pullum

Clerici

Consti-

nec

fuit

Im-

Vir-

Finis

De Poteſtate ROMANI Pontificis

ADVERSVS IMPIOS POLITICOS,

Liber Primus.

PROOEMIVM.



RBIS Dominia, ſeu Monarchiæ in triplici differentia ſe habuerunt; fuit enim quandoque Dominium verum, vſurpatum tamē, & a Deo permiſſum. Aliquando verum, nō vſurpatum, nec tamen merum. Deniq; verum, merum, & iuſtum, ac a Deo ordinatum.

Orbis dominia tripliciter iam conſiderata.

Primum omni tempore, & præſertim in lege Naturæ. Secundum in lege ſcripta. Et Tertium in lege Gratiæ fuiſſe, & eſſe Sacræ perhibent literæ. Primum poteſt eſſe apud Infideles, cum ſit Naturæ beneficium, quod ſimul cum Idolatria ſub Nino originem duxit, qui quidem primum Aſſyriorum, & Babyloniorum Monarcha fuit, ſub quo & Abrahamum in linea Chriſti natum fuiſſe legitur, in qua ſemper verum Dominium, vt patebit, de iure fuit, licet non de facto. Hinc aſſerimus huiuſmodi Naturæ Dominium fuiſſe verum, vſurpatum, & a Deo permiſſum. Alterum verò, quod in lege ſcripta incepit, verum, non tamen vſurpatum, nec merum extitit; quia tunc in linea Chriſti dominium a Deo ordinatum, & Moyſi popu

Dominium verum, vſurpatum tamen, eſt apud infideles.

Nini Monarchia.

Abrahā ſub Nino in linea Chriſti oritur.

Dominium verum ſemper fuit in linea Chriſti, licet nō de facto.

Dominium verum, non vſurpatum nec merum in lege ſcripta inceptū apud quos fuerit.

li Duci, terramq; promissionis possidendo tributum, concessumq; fuit: lex enim neminem ad perfectum duxerat; & proinde dicitur non merum fuisse Dominium, quoniam tale per Christum post principis Mundi eiectionem erat inducendum, de quo Dominus: Iam Princeps Mundi huius eijcietur foras; His itaq; rationibus, in patribus illis rerum, & hominum Dominium verum, iustũ, & ordinatum, non tamen merum fuisse liquet, vt potè quia non perfectum: nam vindicta malorum, & laus bonorum, pro quibus gladius datus erat, ad salutem consequendam non operabatur, sed omnes sub peccati iugo seruientes, ad inferos destinabantur. Ad hęc, quia populi Israelitici Dominium non fuit super totum orbem, diuersæ enim Monarchiæ Assyriorum scilicet, Medorũ, Græcorumq; & Romanorum, in quibus verum erat dominium ratione potestatis, non autem iustum ratione abusus, extiterunt. Ex quibus patet, quomodo verum, iustum, a Deo ordinatum, nec non merum dominium tũ in spiritualibus, tum in temporalibus per Christum in-

Petro & successoribus suis verum, iustum, & merum dominiũ traditum, tàm in spiritualibus, quam in temporalibus.

troductum, & huiusmodi Petro, suisq; successoribus cõmissum fuerit. Et quidem verum; quia iustum, & non vsurpatum Dei filius orbis conditor dominium habuit. Ordinatum verò; quia ab æterno diffinitũ, vt per Christi passionem, & humilitatem Mundus a seruitute peccati, auctore omnis peccati expulso, redimeretur. Merum autem, tum quia purum, & ab omni seruitutis peccati

Potestas spiritualis & temporalis ad puram & meram vindictã malorum & bonorum laudẽ introducta.

corruptione scemotum: tum quia ambæ hæ potestates spiritualis scilicet, & temporalis ad puram, & meram malorum vindictam, & bonorum laudem introductæ videntur. Mera autem vindicta ea dicitur, quæ secundum Dei ordinationem infligitur, vel spiritualiter super animam gladio spirituali per ecclesiasticam censuram, vnde

Vindicta mera qua dicatur.

dictum est, Quodcunq; ligaueris super terram, & quodcunq; solueris, &c. Matth. 16. Vel super corpus gladio temporali, non id per se Petrus exercendo, Christo sibi dicente, Conuerte gladium tuum: sed per Imperatorẽ tanquam per eius Ministrum. De vtraque igitur Romani Pontificis potestate aduersus Impios Politicos verba

facturus,

facturus, prius de spirituali agendum est, spiritualia enim tanquam preciosiora temporalibus præferenda videntur, cap solitæ de maio. & obed. l. sancimus C. de Sac. Sanct. Eccles. Et quoniam tantæ rei sanctæ primum, optimum fundamentum inquirere necesse est; cùm omnia à primo fundamento accipienda sint. l. 2. §. prospeximus C. de vet. iur. enuc. propterea potestatis huiusce spiritualis quis fuerit auctor, & fundamentum primo, & specialiter venandum est.

Spiritualia vti preciosiora temporalibus esse preferenda.

A Fundamentis primis omnia sũt trahenda.

Potestatis spiritualis Auctorem & fundamentum fuisse Christum. Cap. I.

CAtholici quidem omnes potestatis spiritualis auctorem, & fundamentum Christum fuisse affirmant. Nam Apostolus ad Cor. cap. 3. inquit; Fundamentum nullum aliud poni potest, nisi illud, quod est Christus. relatum in cap. fundamenta de elect. lib. 6. cap. veniens de presbyt. non baptiza. Est enim Deus omnium principiorum principium, & fundamentum; cap. damnamus, de sum. trin. cap. 1. 22. dist. vbi dicitur, quòd omnes dignitates ecclesiasticæ potestatem à Romana Ecclesia susceperunt. Ipsa autem est fundamentum supra petrã fidei mox nascentis per ipsum Christum, qui Petro æternæ vitæ Clauigero terreni, & cœlestis Imperij iura commisit, cap. Sacrosancta, ead. dist. vbi tex. ait, quod non ab Apostolis, sed a Saluatore Christo primatum obtinuit, & in Petro, per illa Matth. 16. verba. Tu es Petrus &c. Idem asserit tex. in cap. quamuis 21. dist. Vbi non à Synodis Ecclesia Romana cæteris prælata est, sed cum angelica voce Domini. Ex quibus omnibus, & præsertim ex illo loco Euangelij Matth. 16. colligitur, spiritualis Monarchiæ fundamentum fuisse Christum. Vnde Beatus Pater August. in lib. de verbis Domini in quodam sermone, qui recitatur in octaua Apostolorum Petri, & Pauli inquit, & super hanc Petram, quam scilicet cognouisti, dicens: Tu es Christus filius Dei viui, idest, super me Iesum filium Dei viui ædificando Ecclesiam

Deus omnium principiorum initium & fundamentum.

Dignitates Ecclesiastic potestatem a Rom. Ecclesia suscepe runt.

Petro Apostolo cælestis, & terreni imperij iura per Iesum Christum commissa.

Ecclesia Rom. potestas a Deo non autem a Synodo tradita est.

Christus Spiritualis Monarchia fundamentum.

meam; & super me, non super te solum Petrum, & ideò hoc nomen Petrus sibi fuit impositum, vt Ecclesiam in Petra Christo fundatam significaret. Nam esse a Deo in omni re, entitatem, & bonitatem habente, consideratur ratione caussæ tum efficientis, tum formalis, tum finalis: Ecclesia enim,eiusq; caput est a Deo tanquam a causa efficiente, quia sicut omnia entia ab vno ente, & omnes substantiæ ab vna substantia proficiscuntur, ita omnes principatus ab vno principe originem trahunt; talisque Princeps Deus est, in cuius femore reperitur scriptum, Rex Regum, & Dominus Dominantium. Est etiam a Deo tanquam à causa formali ratione suæ ordinationis; quia Christus vnitatem volens ostendere, Ecclesiam vnicam constituit, & in eam principem Petrum collocauit, vt esset ordo inferioris ad superiorem, & superioris ad inferiorem, cap. loquitur 24 q.1. Et quamuis superiores, vel inferiores aliquando mali sint, ipse tamen ordo in se boni rationem habet, vnde etiam ex malorum principatu ratione diuinæ ordinationis, & ordinis bonum consurgere videtur. Est insuper a Deo ratione finis, & per viam reductionis, quia tota Ecclesia militans ad triumphantem tanquam ad finem reducitur, & ratione reductionis Deus est finis Ecclesiæ, quæ vnica dicitur, hic militans, ibi triumphans, hic in tempore peregrinationis, ibi in æternitate mansionis: hæc militans in labore, illa triumphans in requie. Hinc hallucinantur Erasmus, & Lutherus, cùm iste fidem, seu fidei confessionem, ille verò omnem hominem fidelem hanc esse Petrā existimauerint.

Petrus Apostolus cur sic vocatus.

Ecclesiæ caput esse à Deo tanquā à causa efficiēte.

Deus caput Ecclesiæ tanquam causa formalis.

Bonum quadoq; consurgit ex malorum principatu ratione diuinæ ordinationis.

Deus caput Ecclesiæ est ratione finali.

Erasmi & Lutheri hallucinatio.

Nonnullæ diluuntur obiectiones. Cap. II.

OPpositam vero sententiam nonnulli probare nituntur, scilicet, Ecclesiæ fundamenta fuisse prima in Apostolis, & prædicantibus iuxta tex. in d. cap. fundamenta. de elect. lib. vi. Vbi allegantur verba psal. 86. dicentis, fundamenta Ecclesiæ in montibus sanctis. Per montes insinuans Apostolos, atque prædicantes, quibus tota huius ędificij fabrica demandata est, vt proindè Ecclesiæ

Ecclesia fundamenta an fuerint Apostoli.

clesię bases firmissimæ forent, cap. 1. de reli. & vener. sanct. Et propterea Discipuli Petrum Ecclesiæ caput con stituerunt, cap. in nouo. 21. dist. quare ab ipsis Ecclesia fundata videtur.

Petrus Apostolus a discipulis constitutus caput.

Huic euasioni respondeo primo, discrimen esse inter primum fundamentum vnicum, & plura fundamenta: Nam vnicum fundamentum denotat Christum, in quo veluti in summo angulari lapide fundatur Ecclesia: ipse enim est prima via, veritas, & vita, cap. veritate. 8. dist. Fundamentum siquidem multis capitur modis; nam si inquirimus fundamentum spiritualium virtutum, tunc fides Catholica dicitur fundamentum. Hinc ait Chrysostomus, quòd fides Catholicæ Religionis est lumen Ecclesiæ, ostium vitæ, & fundamentum salutis æternæ. Fundamentum etiam quandoque pro Sacramento, quādoq; pro baptismate accipitur; cap. veniens de Cler. nō baptiza. quandoque pro Apostolis.d.c fundamenta. quādoque pro Christo. Clem. 1 de sum.trin. quandoque pro Deo, sine quo nihil in suo esse conseruari potest. Et ideò in psal. scribitur, Ipse fundauit eam altissimus, propriè tamen fidei, & Ecclesiæ fundamentū Christus est. Apostoli verò sunt fundamenta secundaria.

Ecclesia in Xpo veluti in angulari lapide fūdata.

Fundamentum multipliciter cōsideratur.

Fides Catholicæ religionis quid sit.

Christus propriè dicitur fundamentum fidei & Ecclesiæ.

Secundò respondeo, tribus modis Apostolos omnes fuisse Ecclesiæ fundamenta sine vllo tamen Petri præiudicio, vno modo, quia ipsi primi Ecclesias vbique fundarunt, nec enim Petrus conuertit ad fidem totum terrarū orbem, sed alias regiones Petrus, alias Iacobus, alias cæteri ad Christum primum fundamentum adduxerunt. Quare Beatus Paulus Roman. 15. sic, inquit, prædicaui, non vbi nominatus est Christus, nè super alienum fundamentum ædificarem. Et primo Corinth. 3. vt sapiens Architectus fundamentum posui, alius autem superædificat. Atque hoc modo ex æquo Apostoli fundamenta dicuntur.

Apostoli sunt fūdamenta ecclesię secundariè.

Apostoli omnes tribus modis dicuntur fuisse fūdamenta Ecclesia.

Secundò modo Apostoli, & Prophetæ fundamentā sunt Ecclesiæ ratione doctrinæ à Deo reuelatæ; siquidem fides Ecclesiæ nititur reuelatione, quam à Deo Apostoli, & Prophetæ habuerant. Nec enim semper noui articuli

Apostoli & prophetę dicuntur fundamenta ecclesię ratione doctrinę à Deo reuelatę.

Eccle-

Ecclesiæ reuelantur, sed in ea doctrina acquiescit Ecclesia, quam Apostoli, & Prophetæ a Domino didicerunt, & prædicatione, vel literis ad posteros mandauerunt. Atq; hac ratione superædificamur, vt Apostolus ait ad Ephes. 2. supra fundamentũ Apostolorũ, & Prophet. Nec in his duobus Petrus est cæteris maior, sed vt Hieronymus inquit, in omnes ex æquo Ecclesiæ fortitudo solidatur.

Apostoli ratione gubernationis dicuntur fundamẽta Ecclesiæ.

Tertio modo omnes Apostoli fundamenta dicuntur ratione gubernationis; omnes enim fuerunt capita, Rectores, & pastores Ecclesiæ vniuersæ, sed non eodem modo, quo Petrus, nec iste eodem modo, quo Christus. Illi enim habuerunt summam atque amplissimam potestatem, vt Apostoli, seu legati, Petrus autem vt pastor ordinarius. Deindè ita habuerunt plenitudinem potestatis, vt tamen Petrus esset caput eorum, & ab illo, non è contrario, penderent. Atque hoc est, quod Petro Matth. 16 promittitur, cùm ei soli coràm alijs dicitur: super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã. Id quod præter alios docet Hieronymus in lib. 1. contra Iouinianum; explicans enim, quid sit super petram ædificare Ecclesiam, sic ait: licet super omnes Apostolos ex ęquo Ecclesię fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto Schismatis tolleretur occasio. Et licet Papa potestatem habeat, iurisdictionis quidem, non tamen excellentię, vt Christus habere videtur.

Apostolorum potestas diuersa a potestate Petri.

Petrus caput Apostolorum.

Ecclesiam super petram ædificare quid sit.

Papa potestas diuersa à Christi potestate.

Et quando addebatur, quòd ab Apostolis Petrus fuit Princeps constitutus, id secundario, vel approbatiuè, nõ autem collatiuè intelligi debet. Quo sensu, Romanam Ecclesiam a Conciliis fundamentum habuisse, exponendum est, cùm principalitèr a Deo ortum habuerit. cap. quamuis 21. dist. & cap. omnis. 22. dist.

Petrus quomodo fuerit ab Apostolis princeps constitutus.

Ecclesiam Rom. à concilijs siquidem, at principaliter a Deo ortũ duxisse.

Secunda obiectio talis est, quòd potestas huiuscemodi non a Deo, sed ab homine proficiscatur: quoniam si foret à Deo Ecclesię fundamentum, vtique id ipsum perfectum existeret, quia Deus imperfectionem non nouit, cùm ipse perfectus sit. cap. maioris de baptis. At in Ecclesia militante Schismata, & Hæreses quotidie emergunt, & Papa homo

Deus imperfectionem non nouit.

homo est, quotidieq; peccat, ac in hæresim aliquando labitur cap. Anastasius. 19. dist. quare, &c.

Schismata & hæreses in Ecclesia militante quotidie emergunt.

Respondeo, quòd consideranda est ipsa Ecclesiæ vniuersalis institutio pro vt in bonorum fidelium vniuersitate residet, & illa est sine macula, & sine ruga, d. cap. quamvis. 21. dist. & cap. arrepta. 24. q. 1. & talis errare non potest, & ista est Ecclesia perfecta sine macula, scilicet, peccati mortalis, cap recurrant, in fin. 32. q. 4. & sine ruga scilicet, schismatis, vel venialis peccati cap Ecclesia Christi, de pænit. dist 1. sed pro vt est in Papa, qui est caput Ecclesiæ, tunc ipse homo est, & peccat, vt not. in d. cap. arrepta. Et ideò cum propositio famosa hæc sit, videlicet, Ecclesia vniuersalis non potest errare. Ea quidem in hoc sensu primo intelligitur, quia nunquam fides de Ecclesia deficiet, sed semper aut in aliquibus, aut in multis permanebit vsque in finem. Vel intelligitur de Concilio vniuersali, quod totam Christi Ecclesiam repræsentat, si non materialiter, auctoritatiuè tamen, si huiusmodi concilium a Romano Pontifice approbatum, & confirmatum fuerit; secus in his, quæ de facto sunt, nam in istis Concilium vniuersale errare potest, iuxta quem sensum Diuus Augustinus lib. 2. contra Donat. cap. 3 dixit, ipsa plenaria Concilia sæpè priora contingit a posterioribus emendari. Quod deniquè verum est in his, quæ sunt iuris positiui, vel ad aliquem externum ritum, vel ad ecclesiasticam pertinent disciplinam, quoniam pro locorum, temporum, & personarum varietate mutationem aliquando requirunt. Et quamuis in Ecclesia sint schismatici, & hæretici, non tamen re, & nomine de Ecclesia dicuntur, vt not. glos. in d. cap. Ecclesia de pænit. dist 1. perfecta est igitur bonorum Ecclesia fideliũ, eaq; a Deo ortum ducit, eiusq; caput, Papa scilicet, qui & si imperfectionem habeat, vel habere possit, non ob id simpliciter perfectionem negat, opera enim Dei tanquam efficientis, vel formantis, siuè finem intendentis perfecta sunt, & si aliqua reperitur imperfectio, ea ex defectũ materiæ, & ipsius humanæ creaturæ, quæ est defectibilis, quam Deus quærit perfectam reddere perfectione gratię, sicut ipse perfectus est perfectione

Ecclesia vniuersalis institutio qualiter sit consideranda.

Ecclesia vniuersalis nunquàm potest errare.

Fides nunquàm ab Ecclesia deficiet.

Concilium vniuersale totam Christi ecclesiã repræsentat, & qualiter.

Concilium vniuersale quo casu errare possit.

Hæretici & Schismatici extra ecclesiam esse dicuntur.

Papa caput ecclesiæ, qui etsi errare possit, perfectionem tamen non ob id negat.

Dei opera semper perfecta.

Homo ex se defectibilis, licet

ne

Deus quarat ex perfectum reddere.

ne naturæ,proficiſcitur cap. damnamus ver.ſi pro perſonis,de ſum.Trin. Vel dicamus,Papam poſſe errare inteſu diuiſo; minime tamen in ſenſu compoſito , & in iis , quę ſunt fidei,Luc.22. ego pro te regaui Petre, ut non deficiat fides tua.In actibus verò moralibus ad voluntatem ſpectantibus ſub eodem ſenſu compoſito eum deficere non eſt de facili arbitrandum cùm Chriſti vicem gerat cap.non vos.40.diſt.Abb.in cap. cum veniſſent, de iudic. col.3.De qua propoſitione longè latius in cap.23. verba, faciam.

Papa qualiter errare poſſit.

Poteſtas diuina quæ dicatur.

Tertia, & vltima obiectio. Illa poteſtas videtur a Deo quæ eſt ab ipſo per inſpirationem, vt per columbam : vel quando per aliud fit miraculum:ſicut fuit electio Ambroſii,& beati Seueri,& Sancti Nicolai,de quibus not. in c. quia propter de elect. Vel cùm vocantur a Deo tanquam Aaron.cap.in ſcripturis 8.q.1.

Reſpondeo, quòd etiam ille, qui vocatur ab Eccleſia, vel ab his,qui ab Eccleſia vocandi auctoritatem habent, a Deo vocatus dicitur , ac electio tum per immediatam Dei operationem, tum per homines tanquam Dei miniſtros,qui hanc poreſtatem minimè tribuunt, ſed tantum perſonam poteſtatem ipſam a Deo habentem determināt; malusq; ipſius poteſtatis vſus non a Deo, ſed a Papa malè vtente,& ſic a materia imperfecta, materiæq; defectu, proficiſcuntur.

Poteſtatem ſpiritualem Petro primum fuiſſe collatam. Cap. III.

Poteſtas ſpiritualis cui primum tradita fuerit.

Videndum eſt præterea, cui primum hęc ipſa poteſtas collata fuerit,& Petro primum fuiſſe collatam oſtenditur primo auctoritate Euang. ſupra citata,Matth. ſcilicet,16.in illis verbis, Tibi dabo claues,ex quibus breuiter manifeſtatur, Chriſtum tot modis Petri perſonam deſignaſſe,vt non pluribus circunſtantiis (quod rectè Caietanus annotauit) Notarij illi , qui inſtrumenta publica conficiunt, aliquem certum hominem deſcribere ſoleant. Nam in primis per pronomen,Tibi, perſonæ ſingularis

Petrus Apoſtolus qua authoritate fuerit a Xpo inſignitus.

ſubſtantiam

ſubſtantiam expreſſit, deindè nomen in natiuitate inditum addidit, cùm inquit, beatus es Simon: Patris nomen adiunxit, cùm ait, filius Ionæ nec nomen a ſe recẽs impoſitum omittere voluit. Et ego dico tibi, inquit, quia tu es Petrus. Quorſum tam accurata deſcriptio, ſi nihil ipſi Petro propriè promittitur? Deindè non erat eo tempore Petrus Eccleſię Legatus, aut Vicarius: quis enim eiuſmodi prouinciam illi impoſuerat? non igitur illum nomine Eccleſiæ, & non potius ſuo claues accepiſſe ſuſpicari poſſumus. Præterea illi propriè claues promittuntur a Chriſto, qui dixerat: Tu es Chriſtus filius Dei viui: id enim verba illa ſignificabant; Et ego dico tibi, & vt Diuus Hieronymus ait, mercedem recepit vera cõfeſſio. At præclaram illam confeſſionem Petrus edidit, & in perſona ſua edidit, in perſona igitur ſua clauium promiſſionem accepit. Denique illi dictum eſt à Domino: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, qui paulò poſt ab eodem Domino audiuit; Vade poſt me Sathana, ſcandalum es mihi: atq; hæc poſteriora verba ſoli Petro, & in perſona propria dicta ſunt, vt ex Euangelio colligitur, quis igitur inficiari poteſt, Petro claues in perſona propria eſſe promiſſas?

Petrus Apoſtol. in perſona ſua clauium promiſſionem accepit, quãdo Ieſu Xpo reſpondit, Tu es Chriſtus filius Dei viui.

Secundo idipſum principaliter probatur Ioann. teſtimonio 21. quando ait, Simon Ioannis paſce oues meas. Ex quibus verbis colligitur primum ſoli Petro dictum eſſe: paſce oues meas. Deinde verbo illo, paſce, traditam eſſe ſummam eccleſiaſticam poteſtatem. Poſtremo illis vocibus: oues meas, vniuerſam Chriſti Eccleſiam eſſe deſignatam.

Petro à Chriſto traditam fuiſſe ſummam Eccleſię poteſtatem.

Tertio promiſſio, & inſtitutio primatus Petri varijs, ac ſingularibus eiuſdem Petri prærogatiuis confirmatur, tum ſcilicet ex mutatione nominis, quam Deus nunquã facit, niſi maximis de cauſis, & ad ſignificanda priuilegia concesſa eis, quibus nomina mutantur. Simonis inquam in nomen Petri, quo Chriſtus petra ſignificatur, & vt fundamentum, & caput Eccleſiæ loco ſuo Petrum conſtituens. Tum etiam, quia inter Apoſtolos ſemper primo loco ponitur Petrus. Matth. 10. Duodecim autem

Petri primatus quibus prærogatiuis confirmatus ſit a Chriſto.

Nominis mutatio nunquam fit à Deo niſi maximis de cauſis.

Petrus inter Apoſtolos ſemper primo loco ponitur.

Apostolorum nomina sunt hęc, primus Simon, qui dicitur Petrus &c. Et Luc. 8. Non admisit quemquam se sequi nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Et Luc. 22. Misit Petrum, & Ioannem. Matth 17. Assumpsit Petrũ, Iacobum, & Ioannẽ, & alijs pluribus locis, in quibus videtur Petrum esse primum, quod sine dubio casu factum esse non potest.

Petrus Apost. solus cum Christo super aquas ambulauit.

Tum quia, solus Petrus vnà cũ Domino super aquas ambulat, Matth. 14. De qua prærogatiua sic loquitur. D. Bernardus lib. 2. de consider. Instar Domini, inquit, gradiens super aquas, vnicum se Christi Vicarium designauit, qui non vni populo, sed cunctis præesse deberet, siquidem aquæ multæ, populi multi.

Petro Apost. reuelatio diuina facta peculiaris.

Tum quia, illa peculiaris reuelatio soli Petro facta fuit; Beatus, enim, es Simon Bar. Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in Cœlis est. Matth. 16.

Petro Apost. promissum est, sedẽ eius nunquam esse ruituram.

Tum quia, speciali priuilegio promissum est Petro, sedem eius nunquam esse ruituram, cum Matth. 16. dictũ sit. Et portę inferi non præualebunt aduersus eam; id est, Tyranni, & Hæretici, vt explicat ibi Glos. quæ per Tyrannos vim, per Hæreticos fraudem significare voluit, quam promissionem si cęteri Apostoli habuissent, adhuc staret sedes Iacobi Hierosolymis, Ioannis Ephesi, Matthæi in Æthiopia, Andreæ in Scythia: cæterum illę omnes paulatim portis inferorum manus dederunt.

Christus post resurrectionem prius Petro apparuit.

Tum quia, resurgens Christus primum omnium ex Apostolis Petro se videndum præbuerit, Luc. 24. & primo Corint. 15.

Petro Apost. pri⁹ Dominus pedes lauit.

Tum quia, Petrus primus fuit, cui Dominus pedes lauit, vt exponit Aug in cap. 13. Ioan.

Christus soli Petro crucis mortẽ prædixit.

Tum quia, soli Petro Christus crucis mortem prædixit.

Petrus omnium primus euangeliũ promulgauit.

Tum quia, omnium primus Euangelium promulgauit.

Petrus primum miraculum in fidei testimonium fecit, ac fraudẽ Ananiæ & Saphiræ agnouit.

Tum quia, primum miraculum in fidei testimonium fecit.

Tum quia, tanquam summus, & diuinus Iudex hypocrisim,

crisim, & fraudem Ananiæ & Saphiræ agnouit, & damnauit, eosq; verbo suo interfecit.

Tum quia, pro Petro in carcere constituto oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia; vnde etiam insigni miraculo liberatus est. Scimus ante illud tempus Sthephanum in periculo fuisse, & postea etiam lapidatum. Item Iacobum iu eodem carcere constitutum, & postea interfectum; nec tamen legimus sine intermissione ab Ecclesia pro illis oratum, vt nunc pro Petri periculo fieri videmus. Quæ potest alia ratio assignari, nisi quia multum interest, vtrum membrum vnum, an caput ipsum periclitetur?

Petro in carcere existente oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia.

Tum quia, Petrus in Concilio primus loquitur, & eius sententiam Iacobus, alijq; omnes sequuntur.

Petrus in concilio Apostolorum primus est qui loquitur, & eius sententia omnes Apostoli assentiunt.

Tum quia, Christus suis manibus solum Petrum baptizauit.

Petrus solus à Christo baptizatus.

Tum quia, solus Petrus à Christo Episcopus ordinatus fuit, cæteri autem a Petro Episcopalem consecrationem acceperint vt probat Turrec. lib. 2. sum. de Ecclesia cap. 32.

Petrus a Christo Episcopus ordinatus, cæteri vero a Petro episcopalem acceperunt consecrationem.

Tum quia, Petrus primum Hæresiarcham, & principem, ac patrem omnium hæreticorum, qui postea fuerunt, Simonem videlicet Magum prius detexit, vt patet Act. 8. & postea damnauit, & planè extinxit. Decuit enim omnino, vt princeps, & Pater Ecclesię principem, & patrem omnium hæreticorum superaret. Simonem autem omnium hæreticorum patrem fuisse, scribit Irenęus lib. 1. cap. 20. & initio lib. 3.

Petrus Symonē magum hæresiarcam primus detexit, ac damnauit.

Symon Magus omnium hæreticorum pater.

Tum quia, Romæ potissimum Petrus sedem suam diuino iussu collocauerit, vt infra dicemus. Signum enim apertum principatus Petri esse videtur, quòd cùm Apostoli ab eo in totum orbem mitterentur, Petrus ad ipsum orbis terrarum caput, & vrbium Reginam missus sit.

Petrus sedem suam Romę collocauit.

Tum denique quia publicè in Ecclesia festum Cathedræ Petri celebratur, quod pro aliorum Apostolorum sedibus minimè fieri conspicimus, argumentum inquam, sedem Petri omnibus alijs singulariter pręstare, imò ipsam esse solam, & singularem Cathedram, ex qua totus

Festum Cathedræ Petri publicè in Ecclesia celebratur.

Mundus doceri debeat. Esse autem vetustissimum festũ Cathedræ Beati Petri, tum ex Bedæ martyrologio, tum ex sermone Diui Augustini 15. de sanctis ad populum, facile percipi potest. Ex omnibus iam dictis concluditur, Ecclesiæ fundamenta in Christo primum fuisse, deindè cum post Christi mortem vnico pastore opus foret, in Petro fuisse fundatam, ipsique soli potestatem datam esse.

Ecclesię fundamenta prius in Christo fuisse, deinde post Christi mortem in Petro collata.

Adferuntur Rationes ostendentes Potestatem spiritualem Ecclesię, omnibusq; Apostolis fuisse collatam. Cap. IIII.

Potestas spiritualis an Ecclesia fuerit collata.

AT contra obijciunt nonnulli, potestatem spiritualẽ Ecclesiæ fuisse collatam: Certum enim est a Domino dictum esse: Vade post me Sathana, non enim sapis, quæ Dei sunt: at non conueniunt hæc illi, cui pater reuelauit secreta cælestia, & qui claues regni cælorum accepit, igitur non in persona propria, sed in persona Ecclesiæ cælestem reuelationem audiuit, & regni cælorum claues accepit.

Petro quo iure claues Regni Cęlorum fuerint promissæ.

Secundo, claues promittuntur petro, non vt est filius Ionæ, sed vt est cælestis patris auditor; propriè igitur cælestis patris auditori, non carni, & sanguini promittuntur. De nullo autem certo homine nobis constat, sit nè verus patris auditor, Ecclesiam verò certissimi sumus ab ore Dei patris assiduè pendere; igitur non alicui certo homini, sed Ecclesiæ claues promissæ sunt.

Tertio; Diuus Paulus in Epist. ad Rom. Cap. 4. inquit; Quomodo Abraę reputata est fides ad iustitiam, ideò etiã omnibus, qui crediderint, reputandam esse fidem ad iustitiam: igitur eodem modo, si quia Petrus confessus est Christum Filium Dei viui, claues accepit; certè omnes fideles, qui Christum confitentur, claues habere dicũtur. Hoc argumentum ait Lutherus est similis formæ cum Pauli argumento, nec refelli potest, nisi etiam Pauli argumentum refellatur.

Petro claues regni Cęlorum qua ratione tradita fuerint: & qui dicantur claues Petri habere.

Quarto, Aut moriente Petro claues in Ecclesia manserunt

Claues regni Cælorum quomodo

runt, aut cum Petro perierunt; si primum, ergo Ecclesiæ datæ fuerant: si secundum, ergo non amplius homines nunc solui, aut ligari possunt; Item alio modo, vel cùm eligitur Pontifex, claues secum adfert, vel non: si primum, ergo erat Pontifex antequàm fieret. Si secundum, vnde ergo claues habet? nùm ab aliquo Angelo de cælo ei deferuntur? an potius accipit ab Ecclesia, cui a Christo initio traditæ sunt? *in Ecclesia manserint.*

Quinto; quòd Potestas spiritualis omnibus Apostolis data fuerit, sic probatur, claues Regni cœlorum non dantur, sed promittuntur, Matth. xvi. Dantur autem Matth. xviij. & Ioan. xx. in quibus locis non vni petro, sed Apostolis omnibus dantur. Nam Matth. xviii. dicitur. Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Et Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Igitur & cùm promittuntur, non vni, sed omnibus promittuntur. *Potestas spiritualis an omnibus Apostolis collata fuerit.*

Sexto; omnes Apostoli pares fuerunt, cap. fundamenta. §. isti de elect. lib. vi. Cap. Beatus Petrus, & Paulus, 2. q. 7. quare claues omnibus datæ sunt. *Apostoli omnes pares fuerunt.*

Septimo; Apostolus in Epist. ad Galat. cap. 2. docet, iure diuino, & humano diuisam fuisse iurisdictionem inter Petrum, & Paulum; ac petro quidem attributum populum Iudæorum, Paulo autem Gentium. non igitur Petro omnes Christi oues commendatæ fuerunt. *Iurisdictio Ecclesiastica inter Petrum & Paulū iure diuino & humano diuisa.* *Petro non omnes Christi oues fuisse cōmendatas.*

Octauo; Apostolus Paulus in eadem ad Galat. Epist. cap. 2. dicit, se Petro in faciem restitisse, non igitur illi subiectus, sed aut maior, aut certè æqualis erat, proindè non omnes Christi oues Petro subiiciuntur. *Paulus Apostolus nunquid Petro subiectus fuerit.*

Nono Apostoli sine vllo Petri mandato Diaconos cōstituunt, Act. vi. Ac rursum Petrum ipsum in Samariam mittunt, Act. 8. non igitur Petrus, caput, & pastor Apostolorum erat, sed ipse potius illorum imperio subiiciebatur. *Apostoli sine Petri mandato diacones constituebant.* *Petrus an Imperio apostolorum fuerit subiectus.*

Præterea ambigit Petrus Act. x. liceat nè sibi gentibus euangelizare, & quia id fecit, a Discipulis cęteris reprehenditur, Act. ij. quis igitur facilè credat ad eius ouile pertinuisse *Petrus a discipulis reprehensus.*

nuisse Gentiles?

Christus Episc. Hierosolymæ, nō Romę

Decimo; Christus fuit Episcopus Hierosolymæ, non Romę; & Apostoli eius presbyteri fuerunt. Igitur Iacobus qui post Christi passionem Episcopatum Hierosolymæ sortitus est, Christo succedit, uel certè vicarius eius est, non Petrus. Hinc Hierusalem mater omnium Ecclesiarum appellatur: Conciliumq; Nicænum can. 7. Episcopo Hierosolymæ primatum tribuit, idq; ex antiqua consuetudine, & traditione confirmat.

Iacobus post Christi passionem Episcopatum Hierosolymæ sortitus.

Hierusalem quo modo mater omnium Ecclesiarum dicatur.

Episcopo Hierosolymæ Conciliū Nicænum primatum tribuit.

Vndecimo, Paulus per antonomasiam vocatur Apostolus, inde enim sequi videtur, vt ipse potius, quàm Petrus Princeps Apostolorum sit meritò iudicandus.

Paulus Apost. & Antonomasiam vocatus Apost.

Duodecimo; in antiquis sigillis, quibus diplomata summi Pontificis obsignantur, Petri, & Pauli imagines, sed huius a dextris, illius a sinistris, inueniuntur.

Sigilla antiqua cur Pauli effigiē a dextris, Petri autem à sinistris habeant.

Decimo tertio; Papa vocat Episcopos fratres, cap. quam gratiam de crim. fals. vt denotet super Episcopos maioritatem non licere, nisi quemadmodum frater habet in fratrem.

Papa cur vocet Episc. fratres.

Decimo quarto; Papa ab Episcopo Hostiensi consecratur, caput. antiqua, de priuileg quare Hostiensis Episcopus Papa maior erit, quia maior est, qui benedicit, quàm qui benedicitur. c. si autem 24 q. 1. cap. denique 21. dist.

Papa cur ab Episc. hostiensi cō secretur,

Maior dicitur q benedicit quàm qui benedicitur.

Decimo quinto, & vltimo, in Papæ electione Cardinales sunt loco Metropolitani. cap. in nomine domini 23. dist ergo sunt Papa maiores, quemadmodum Metropolitanus est suffraganeo maior.

Papa in electione loco Metropolitani succedunt Cardinales.

Soluuntur aduersæ Rationes. Cap. V.

ADuersariorum Rationes, si argumento ab eis suscepto responderent, aliquod mihi proculdubio negotium facerent; Verum nè a nobis neglectæ videantur, ideò sunt perpendendæ, ac confutandæ.

Ad primam igitur desumptam ex Matth. Euang. xvi. Respondetur, eidem personæ illa omnia conuenire, sed non eadem ratione: Petrus enim ex Dei munere reuelationem habet, & claues accipit; ex propria autem infirmi-

Petrus ex Dei munere claues accepit.

tate offenditur de passione, & morte Christi: Neque mo‑uere nos debet nomen Sathanæ; Nec enim Diabolum significat, sed aduersarium.

Sathanæ nomen quid significet.

Ad secundam, dum dicebatur, claues promittuntur Pe‑tro, non vt est filius Ionæ, sed vt est cęlestis patris au‑ditor, &c. Respondetur primò, huiusmodi argumentum mirificè pugnare cum ipsis Euang. verbis: Christus enim dicit Beatus es Simon Bar Iona. Et Paulo Post. Et tibi dabo Claues Aduersarij autem dicunt, non sunt datæ, vel promissæ claues Simoni bar. Ionæ. Rursus Christus dicit: Reuelauit tibi pater meus, qui in Cælis est. Aduer‑sarii verò dicunt, de nullo certi sumus an patrem audiat, proinde nec de Petro. Falsum igitur est, vel incertum quod Christus ait Leuelauit tibi Pater. Quid ergo Petro Pater reuelauit, si nihil Petrus audiuit? Si verò Petrus audiuit, & certum est testimonium Christi: certum etiam esse debet Petro cęlestis Patris auditori claues esse datas. Deindè esse patris auditorem, non est formalis ratio cur dentur claues, alioqui potestas Ecclesiastica a ministrorũ probitate penderet, vt Donatistæ malè opinantur; Sed occasio fuit, seu causa meritoria illa præclara Petri con‑fessio, cur ipse potius, quàm aliis claues promitterentur, vt ex commẽt. Hilarij, Hieronymi, Chrysostomi, ac Theo‑philacti colligitur.

Donatistarum peruersa opinio circa traditionẽ clauium Petro factam.

Ad tertiam desumptam ex cap 4. Diui Pauli in Epist. ad Romanos. Respondetur, hoc augumentum esse simi‑lis formæ, sed dissimilis materiæ; ac propterea nihil conclu‑dere. Nam fides natura sua ad iustitiam ducit, & iustum ex iniusto, vel ex iusto iustiorem facit, si cætera, quę si‑mul cum fide ad iustificationem requiruntur, minimè desint. At fidei confessio natura sua ad claues accipien‑das non ducit, verum cum infinitis, ac variis quidem mo‑dis Petri confessio remunerari posset, id clauium dono facere Christo placuit. Quod & simile in Abraæ exem‑plo facile perspicimus, si quidem ipse non solum per fi‑dem iustificatus est, sed etiam pater multarum Gentium (ibidem testante Apostolo) fieri meruit, nec tamen om‑nis, qui credit, multarum gentium pater euadit. non

Fides sui natura ad iustum ducit.

Clauium traditio cur Petro per Christum facta.

Abraham iustificatus non solũ per fidem, sed etiam fieri meruit pater multarum gentium.

enim

enim per se, & naturaliter connexa est fides cum dono clauium, aut fæcunditatis, quemadmodum per se, & naturaliter cum iustitia connexa videtur.

Claues regni cœlorum moriente Pontifice non pereunt, & quatenus remaneant in Ecclesia.

Ad quartam, dum dicebatur, Aut moriente Petro manserunt in Ecclesia claues, aut cum Petro perierunt, &c. Respondetur, moriente Pontifice claues non perire, nec tamen in Ecclesia formaliter remanere, nisi quatenus ministris inferioribus communicatę sunt: sed manere in manibus Christi. Cùm autem eligitur nouus Pontifex, neque adferri ab eo claues, neque illi ab Ecclesia dari, sed a Christo non noua traditione, sed antiqua institutione, siquidem Petro eas cùm dedit, omnibus eius successoribus dedisse videtur. Simile esset, si Rex aliquis, cùm Proregem Prouinciæ imponit, simul ediceret placere sibi, vt eo mortuo, alium ipsi eligerent, ac nominarent, seq; illi iā nunc eandem concedere potestatem, quam priori concessisset.

Papa in electione quomodo sibi claues sint reseruatæ.

Ad quintam ex Matth. 16. & 18; & ex Ioan 20. depromptam respondetur, de posteriore loco nullam esse difficultatem; nam certum est, non dari per illa verba omnem clauium potestatem, sed tantum ordinis potestatem ad remittenda peccata. Si quidem hoc loco potestas ad peccata determinatur. Matth. 16. non determinatur, Sed dicitur: Quodcunque ligaueris &c. ligant homines non solum peccatis, sed etiam legibus. Deindè minus est retinere peccatum, quàm ligare peccatorem: nam retinere est hominem in suo statu vel relinquere, seu non soluere, ligare autem est nouum vinculum ei imponere, quod fit per excommunicationem, interdictum, &c. Deniquè patres disertè asserunt, dari hic potestatem remittendi peccata per sacramenta baptismi, & pænitentiæ. De priore loco maior est inter patres difficultas, sed eorum sententijs prætermissis, asserit egregius quidam Doctor, illis verbis, quæ habentur Matth. xviii. nihil dari, sed tantum promitti, vel explicari, ac prædici, quantam potestatem essent Apostoli, eorumque successores suo tempore habituri. Primum enim planum est Apostolos non esse factos sacerdotes, nisi in vltima cœna, neque Epi-

Peccatum retinere minus est quā ligare peccatorē.

scopos

ſcopos, & paſtores, niſi poſt reſurrectionem. proindè quo tempore hęc Dominus loquebatur, priuati homines erãt, nec vllam eccleſiaſticam poteſtatem habebant. Deinde ſi his verbis: Quæcunque ligaueritis, erunt ligata: datur te ipſa ligandi poteſtas; etiam illis verbis: Quodcunque li gaueritis, erit ligatum, &c. erit data, non promiſſa poteſtas: ſunt enim verba omnino ſimilia. At fatentur Aduer ſarii, per illa verba: Quodcunque ligaueritis, nihil eſſe datum, ſed tantum promiſſum, igitur & per iſta: Quæcunque alligaueritis, nihil datur, ſed tantum promittitur. Cauſa verò huius promisſionis fuit, quia Dominus dixerat, habendum eſſe pro Ethnico, & publicano, qui Eccleſiam non audiret. ne quis ergo putaret contemnendam Eccleſiæ auctoritatem, ſubiunxit, tantam fore prælatorũ Eccleſiæ poteſtatem, vt quæ ipſi in terris ligauerint, & in cælis ligata cenſeantur.

Apoſtoli ante vltimam cęnam nõ erant facti Sacerdotes, nec vllam Eccleſiaſticã poteſtatem habebant.

Verum dicetis, Si claues hoc loco Apoſtolis tantum promiſſę ſunt, quo tandem loco datæ intelliguntur? præterea, cur Dominus dicit Petro, Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis: Apoſtolis verò erit ligatum & in cælo, in numero ſingulari?

Petro cur dicat Chriſtus, quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cęlis: Apoſtolis verò, erit ligatum & in cælo: in numero ſingulari.

Ad primam reſpondetur, datam eſſe Ioan. 20 & 21. nã Ioan. 20. Cùm Dominus ait Apoſtolis: pax vobis, ſicut miſit me pater, & ego mitto vos. tum eis poteſtatem, ſeu clauem iuriſdictionis attribuit, his enim verbis eos quaſi Eccleſiæ legatos, & nomine ſuo gubernatores conſtituit: verbis autem ſequentibus; Accipite ſpiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata &c. dedit eis ordinis poteſtatem. Vt autem intelligeremus hanc ſummam poteſtatẽ omnibus Apoſtolis vti legatis, non vti paſtoribus ordinariis & cum quadam ſubiectione ad Petrum, eſſe collatam; nam ſoli Petro dicitur Ioan. 21. paſce oues meas, Quemadmodum ſoli illi dictum erat: Tibi dabo claues. Claues enim Regni ut principalis, & ordinarius prȩfectus tunc ſolum accepit, cum audiuit: paſce oues meas. Tunc etiam apoſtolorum fratrum ſuorum cura ei demandata eſt.

Poteſtas iuriſdictionis quando Apoſtolis tradita fuerit.

Poteſtas ordinis quando Apoſtolis conceſſa fuerit.

Et propterea (vt ad ſecundam inſtantiam reſpondeamus) Petro dictum fuit: erit ligatum & in cælis, vt oſten

Petrus habuit plenitudinem poteſtatis in omnes Eccleſias.

Apostoli habuerunt potestatem iurisdictionalem vnumquisque in sua duntaxat diœcesi.

deretur Petrum habere plenitudinem potestatis in omnes Ecclesias: Apostolis verò dictum fuit: erit ligatum & in cælo, in numero singulari; vt significaretur vnumquenque eorum habere potestatem in sua dumtaxat Diœcesi.

Apostoli fuere pares ratione ordinis & consecrationis, secus in administratione & iurisdictione.

Petrus in iurisdictione alijs Apost. præfuit.

Ad sextam desumptam ex cap. fundamenta. §. isti. de elect. in vi. & ex cap. beatus Petrus, & Paulus. 2. q. 7. Respondetur, primo fuisse pares Apostolos ratione ordinis, vel consecrationis, vt not. glos. in cap. in nouo. 21. dist. sed in administratione, & iurisdictione Petrus fuit maior omnibus Apostolis. cap. in illis. 80. dist. & cap. est & aliud. 14. q. i. vbi Ambrosius inquit, quòd est aliud piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicés: Tolle hamum, & eum piscem, qui primo ascendet, tolle: intelligés per hamum, iurisdictionem, in qua Petrus alijs præfuit, quia hamo, id est, ferro putridæ carnes abscinduntur. cap. plurimos. 82. dist. Item soli Petro dicitur: Duc in altum, Luc. vi. cùm aliis dicatur: vt laxent retia: quia ipse solus Petrus in altum, scilicet, disputationum ducere debet; sibi etenim soli maiores disputationes reseruatæ videntur, cap. maiores. de baptis. cap. multis. 17. q. i. & cap. quotiens. 23. q. i. Sic & Moses, & Aaron fuerunt pares in consecratione; Sed in administratione Moses fuit maior Aaron. cap. Sacrosancta. §. prima sedes. 22. dist. Nam omnes Apostoli a Christo Sacerdotes constituti fuerunt, & ordinem Sacerdotalem habuerunt, qui ordo non recipit magis, & minus, & ideò cum Petro omnes pares extiterunt. Sed in administratione, & iurisdictione secus dicẽdum est; vnicus enim constitutus est ad designandam Ecclesiæ vnitatem. cap. loquitur 24 q. 1. & cap. 1. 22. dist.

Moses & Aaron pares in consecratione, secus in administratione, quoniam Moses fuit maior Aaron.

Apostoli omnes a Christo Sacerdotes constituti.

Petro solo administratio tradita ad designandam ecclesiæ vnitatẽ.

Apostoli an fuerint pares inter se.

Vel & secundo respondetur, Apostolos fuisse pares in apostolica potestate, & habuisse in populos Christianos eandem omnino auctoritatem; sed non fuisse pares inter se. Id quod Sanctus Leo in Epist. 84. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, quasi explicans verba Cypriani, docet: Inter beatissimos, inquit, Apostolos, in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, vt cùm omnium par esset electio, vni tamen datum est, ut cęteris prę emineret. propterea idem Sanctus Cyprianus in lib. de simplic.

plic.prælat.siue de vnit.Eccles.docet, Exordium ab vnitate proficisci, vt Ecclesia vna monstraretur: non intelligens ob id prius ordine temporis hanc potestatem datã esse vni Petro, quàm cæteris, vt per illum Ecclesiæ vnitas significaretur: Sed cæpisse Ecclesiam in vno Petro, tã quam in fundamento, & capite: vt ex eo quod Ecclesia vnum haberet fundamentum, & caput, vna tantum esse monstraretur: sicut vna domus dicitur ab vno fundamẽto, & vnum corpus ab vno capite. Eamq; esse vnam eo modo, quo omnes radii Solis dicuntur vnum Lumen, quia ab vno Sole manant; & multi riui vna aqua, quia ab vno fonte deriuantur; & multi rami vna arbor, quia ab vna radice omnes pullulant. Porrò hanc radicem, & hunc fontem, vnde vnitas Ecclesiæ sumitur, Petri sedẽ esse, Patres omnes fatentur.

Ecclesiæ principium in Petro tã quàm in fundamento & capite constitutũ, ad denotandum eius vnitatem.

Ecclesia qualiter vnica censeatur, ac Petri sedes.

Ad septimam desumptam ex Apostolo in Epist. ad Galat. cap. 2. Respondetur, diuisionem, de qua Paulus ibi, non esse iurisdictionis, sed prouinciarum ad commodius prædicandum Christi Euangelium. Quanquam enim Apostoli omnes, & etiam singuli Euangelium in toto terrarum orbe prædicare poterant, tamen vt celerius, & facilius id fieret, duplex prouinciarum distributio inter Apostolos facta est. Vna inter Apostolos duodecim, qui, vt refert Euseb. lib. 3 histor. cap. 1. ita inter se prouincias diuiserunt, vt Andreas Scythiam; Thomas Parthiam; Bartholomæus Indiam; Matthæus Æthiopiam; Ioannes Asiam; atque alias alij Christi Euangelio imbuendas susciperent. Altera distributio inter Petrum, & Paulum facta est, nimirum, ut Petrus pręcipuam operam in Iudæorum conuersione poneret, nec tamen a Gentilium conuersione prohiberetur, Paulus è contrario Gentilium conuersioni potissimum studeret, nec tamen ab Hebræorum conuersione penitus vacaret. Quæ omnia ex diuinis literis confirmata leguntur.

Apostoli vt facilius in toto terrarum orbe prædicarent, duplici prouinciarum distributione vsi sunt.

Petri & Pauli distributio in conuersione populorum.

Ad octauam desumptam ex Apost. eadem ad Galat. Epist. cap. 2. Respondetur primo, non Petrum Apostolum, sed quendam alium a Paulo repræhensum Clemẽs Alex. apud Eusebium lib. 1. histor. cap. 14. asseuerat.

Petrum Apost. minimè fuisse reprehensum a Paulo.

Secundò non verè, sed simulatoriè Petrum fuisse reprehensum asserit Hieronymus.

Tertio, quia probabilior est Augustini sententia, quòd seriò Petrus reprehensus fuerit: dico, licere minori maiorem reprehendere, modo res id postulet, & debita reuerentia conseruetur. Hinc Cyprianus in Epist. ad Quintum, Petri humilitatem laudat, quòd a Paulo reprehensus, se primatum tenere non dixerit, & sibi potius obtemperari a nouellis, & posteris oportere. Vbi indicat Petrum a minore reprehensum fuisse.

Petri Apost. humilitas.

Ad nonam deprомptam ex cap. 6. 8. 10. & 11. Act. Respondetur in primis nihil praeiudicare primatui Petri quòd Apostoli omnes communicato inter se consilio, Diaconos constituerint, credendum enim est, id factum, esse Petto authore, vel certè consentiente. Tunc autē derogaret eius primatui, si eo nolente, & inuito factum probaretur.

Petri primatui nil praeiudicare, quod Apost. omnes diacones constituerint.

Ad illud autem de missione Petri, & Ioannis, de qua Act. 8. respondetur, nomen missionis non necessariò subiectionem in eo, qui mittitur, significare. Dicitur enim mittere, quicunque est auctor alicui, vt eat, siuè id faciat, praecepto; quomodo Dominus seruos mittit, de quo dicitur Ioan. 13. Non est seruus maior Domino. Siuè consilio, & suasione: quomodo & par parem, & minor maiorem aliquando mittit. Nam Matth. 2. Herodes misit Magos in Bethlehem, in quos tamen nullum habet Imperium; & populus Iudaeorum Iosuae 22. misit Phinees Sacerdotem ad filios Ruben, & Gad: cùm tamen iure diuino toti populo summus Sacerdos praeesset. Igitur miserunt Apostoli consulendo, & suadendo Petrum ad Samaritanos, quia res maxima erat nouam illam Gētem in fide confirmare.

Missionis nomen non necessariò significare subiectionem in eo qui mittitur.

Petrus missus ab Apostolis ad conuersionem Samaritanorum.

Ad ea verò quae adferuntur cap. 10. & 11. Act. Dicitur multos decipi in eo, quod putant, non sciuisse Gentibus praedicandum esse, nisi quando reuelationem illam habuit Act. 11. Id enim absurdissimum est; Nam Marci vltimo, & Matth. vltimo iubentur Apostoli docere omnes Gentes; & nè quis diceret, Apostolos non intellexisse

Apostoli missi sunt ad praedicādum gentibus, prius aperto illis sensu intelligendi scripturas.

se

ſe, Lucas ait: Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas: Et mox ſubiungit explicans quas ſcripturas: Quoniam, inquit, oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis, & prædicare in nomine eius pænitentiam in omnes Gentes. Et Petrus Act. 1. 2. & 3. paſſim oſtendit, ſe intellexiſſe ſcripturas, citans pſalmos, Ioelem, Deuteronomium, & nominatim illud Geneſ. 22: In ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vidit ergo Petrus illam viſionem partim propter ſe, partim propter alios; propter ſe quidem, non vt diſceret, ſibi licere Gentibus prædicare, ſed vt intelligeret, tunc eſſe tempus eis prædicandi: Nam quia Dominus dixerat Act. 1. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ. Quibus verbis illum ordinem Apoſtolis præſcripſerat, vt primum in Hieruſalem, deinde in reliqua Iudæa, tum in Samaria, vltimo in regionibus gentium prædicarent: ideo Petrus ſubdubitabat quando nam tempus eſſet prædicandi Gentibus, & an liceret eis oblata occaſione prædicare, antequam per totam Iudæam, & Samariam prædicatum eſſet. Hoc dubium Spiritus Sanctus oſtenſa illa viſione ſuſtulit. Quare Cyrillus lib. 9. in Iulianũ explicans hanc viſionem: ſtatim, inquit, intellexit Petrus, quòd inſtaret tempus transformandi in veritatem vmbras, propter alios autem Petrus viſionem vidit, quia multi ex Phariſæis ad fidem conuerſi erant, qui exiſtimabant non oportere Gentibus prædicare, & qui etiam repræhenſuri erant factum Petri, ſi Cornelio prædicaſſet, quemadmodum poſtea fecerunt Act. 11 vt ergo Petrus optimam ſatisfaciendi rationem eiuſmodi reprehenſionibus haberet, Deus ei hanc viſionem oſtendit, vt rectè explicat Chryſoſto. homil. 42. in Matth.

Petri viſio à Deo oſtenſa, vt intelligeret inſtare tẽpus prædicationis.

Petrus quando intellexerit inſtare tempus prędicationis & transformandi in veritatẽ vmbras.

Ad decimam, quando dicebatur, Chriſtus fuit Epiſcopus Hieroſolymæ, & non Romæ, igitur Iacobus, qui poſt Chriſti paſſionem Hieroſolymæ Epiſcopatum ſortitus eſt, Chriſto ſuccedit, vel certè vicarius eius eſt, non Petrus. Reſpondetur, Chriſtum non fuiſſe Epiſcopum vllius particularis urbis, ſed fuiſſe, & eſſe Pontificem non ſolius Hieroſolimæ, ſed totius Eccleſiæ: neque vllum ei

Chriſtus an fuerit verè Ep̃s particularis vrbis.

ſuc-

Christus Vicariũ suum cur alibi q̃ Hierosolymis constituerit.

succedere, cùm semper viuat. porrò Vicarium suum generalem magis decuisse, vt alibi, quàm Hierosolymis constitueret; quoniam sicut lex, & Sacerdotium per Christi aduentum mutabatur; ita etiam decuit, vt locus Summi Sacerdotis mutaretur, & omnia verè noua fierent. Atque ideò fortassè Templum, & Hierusalem post Domini ascẽsionem breui euersa, & incensa fuerunt. Et quando addebatur, Hierusalem esse matrem omnium Ecclesiarum: Id tamen intelligi debet antiquitate scilicet, & multis priuilegiis insignem ob Domini, & Apostolorum præsentiam, quam longo tempore habuit, & præcipuè ob mysteria nostræ redemptionis eo loco perfecta, & consummata, sed nihil hoc tamen Petri primatui præiudicare... Nam quemadmodum Ecclesiæ Hierosolymorum Iacobus fuit pastor, & Episcopus; ita Petrus fuit Pastor, & Episcopus totius Ecclesiæ, ac proindè etiam Hierosolymæ, quæ vniuersalis ecclesię portio quædam est. Hinc Bernardus de consider. lib. 2. ait. Iacobus vna Hierosolyma contentus, vniuersitatem Petro cedit. Quo verò ad Concilium Nicenũ, dicimus Aduersarios id non bene legisse; Nam in eo datur Episcopo Hierosolymæ quartus locus inter Patriarchas, quartum ad honorariam quandam sessionem; nullus autem locus quantum ad veram iurisdictionem. Subiicitur enim, vt simplex Episcopus Episcopo Cæsariensi totius Palestinæ Metropolitano.

Hierusalem & tẽplũ breui post Christi ascensionem euersa & incensa.

Hierusalem esse matrẽ oium ecclesiarum quomodo intelligatur.

Petrus eps totius ecclesię catholicę

Eps Hierosolymę subiicitur epo Casariẽsi totius Palestina metropolitano.

Ad vndecimam ab Antonomasia deprompta m Respondetur, Paulum vocari Apostolum per Antonomasiam, non quia potestate maior Petro fuerit, sed duabus aliis de causis, quæ nihil de Petri primatu detrahunt. Vna fuit, quia plura scripsit, & doctior, ac sapientior cæteris fuit. Tunc enim eum Apostolum per antonomasiam vocamus, quando eius scripta citamus. Altera fuit, quia ad Apostolum propriè vt Apostolum, fidem plantare pertinet. Paulus autem pluribus in locis, quàm vllus alius fidem plantauit. Nam cæteri Apostoli ad certas prouincias, missi sunt; Paulus ad omnes Gentes sine certę prouinciæ determinatione. Et ipse de se ait: plus omnibus laboraui, primo Corinth. 15. vtramque rationem Beatus

Paulus vocatur apostolus non tamẽ maior Petro.

Paulus doctior & sapientior cæteris apostolis.

Pauli apostoli pęrogatiua circa fidei plantationẽ.

Pater

Pater Augustinus paucissimis verbis lib.3.ad Bonifat.c.3. complexus est. Apostolus,inquit, cùm dicitur,si non ex primatur quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus, qui pluribus est Epistolis notior,& plus omnibus illis la borauit.

Paulus inter alios apostolos quanti existimā dus.

Ad duodecimam ab imaginibus Petri, & Pauli depró ptam,quæ ita disponi solent,vt Paulus ad dexteram Petri conspiciatur. Respondetur primo, & si satis constat Petrum Paulo auctoritate maiorem fuisse,vt supra docui mus; tamen etiam si constaret, Paulum Petro omnibus nominibus anteponendum esse, nihil id Romanis Ponti ficibus,aut ipsi etiam Petri summo Pontificatui officeret. Non quidem Pontificibus Romanis; quoniam ipsi tam Petrum, quàm Paulum prædecessorem, & parentem agnoscunt: siquidem vterque Apostolus Romanam Ecclesiam fundauit,& gubernauit; vt præter alios testatur Irenæus lib.3.cap.3. & in vrbe Roma vterque per martyrium uitam finiuit. Itaque omnis Pauli gloria ad Romanos Pontifices pertinet. Nihil etiam Petri Pontifica tui summa Pauli dignitas, & auctoritas officeret: quoniam extraordinaria erat, quanta quanta tandem esset. Quare, quemadmodum in populo Iudæorum maior erat Moses Aarone,& nihilominus Aaron verè, ac propriè summus Pontifex fuit; & non Mosis, sed Aaronis posteri in summa illa dignitate patri successerunt; quoniam potestas Mosis extraordinaria, Aaronis ordinaria erat: ità quoque si admitteremus, extraordinario priuilegio Paulum Petro maiorem fuisse,non propterea negaremus Petrum ordinarium, ac summum Ecclesiæ Pontificem fuisse.

Paulus apost. cur ad dexterā Petri signatus conspiciatur.

Petrus et Paulus apost. æquè Ro. Ecclesiā fundarunt,ac gubernarunt.

Et vterq; p martyrium vitam finiuit.

Pauli apost. dignitas extraordinaria.

Mosis ptās extra ordinaria. Aaronis verò ordinaria.

Deindè potest etiam responderi, non esse hoc perpetuum, vt in antiquis imaginibus Paulus dexteram partem occupet. siquidem in his, quæ Romæ nunc extant, vt in quibusdam Paulus ad dexteram,ita in aliis non pau cioribus ad sinistram cernitur: & sicut in diplomatibus Paulus dexteram obtinet, ita in numismatibus sinistram potitus est.Et fortasè consultò id veteres obseruarunt,vt ex duobus Summis Apostolis modo vnum,modo alterum

ante-

anteponerent. Nimirum vt eo modo significarent hos Apostolos vel pares esse inter se, vel certè ignorari, vter alteri præster. Nam & si Petrus maior est potestate, Paulus maior est sapientia, ut eleganter monet S. Maximus serm. vlt. de Sanctis Petro, & Paulo, vbi Petro clauem potentiæ, Paulo clauem sapientiæ datam esse dicit.

Petrus apostolus maior in iurisdictione, Paulus verò maior sapiētia.

Petro clauis potentię, Paulo verò clauis sapientię tradita.

Tertia quoq; responsio adhiberi potest. Nā cùm duo simul incedebant, olim id obseruabatur, vt senior, & honoratior ad læuam esset; iunior autem latus ei dexterum clauderet; & nonnihil præcederet in signum obsequii. Quod probatur duorum illustrium poetarū testimonio. Nam Ouidius lib. 5. Fastorum, de sene ait:

Et medius iuuenum, non indignantibus illis,
Ibat, & interior si comes vnus erat.

Porrò interiorem dici eum, qui ad partem lęuam est, ex Virgilio discimus, qui lib. v. Aeneid. ait de Cloantho, qui ad sinistram partem Gyæ nauigabat.

Ille inter nauemq; Gyę, scopulosq; sonantes
Radit iter læuum interior, subitusq; priorem
Prȩterit.

Addere possumus Eusebii testimonium, qui lib. i. de vita Constantini scribit, se vidisse in Palestina Constantinum adolescentem obeuntem prouinciam cum seniore Augusto, semperq; ad dexteram eius incedentem. Neque dubium esse potest, quin Constantinus adolescens, ac penè priuatus in loco minus honorato esset, quàm senior Augustus. Quod si dicatur, sedere ad partem dexteram esse maioris honoris signum, vt asserit Ambros. in serm. de pentecost 61. nam absolutè dextera honoratior est, & præsertim in sedibus recto ordine collocatis. Vt si ad parietem duæ sedes ponantur & vna alteram tegat, nemini dubium est, quin dextera præstantiori debetur. Tamen alia ratio est de incessu, & quando unus alterius latus suo corpore tegit. Iam igitur credibile est initio cœpisse depingi Paulum ad dexteram Petri, vt iuniorem, & minorem; nam idcirco in pontificiis diplomatibus ita Paulus ad Petri dexteram collocatur, vt eum præcedat, & fermè totum tegat, quod in Paulo obsequii, & in Petro dignitatis

Constantinus adolescens dū obiret prouinciā cū seniore Augusto ad dexterā eius incedebat, & quare.

Paulus ad dexterā Petri designatus in signū obsequii: & in Petro dignitatis argumentū censetur.

dignitatis argumentum est. Quod autem postea ad dexteram pingi cœperit, etiam cùm Petrum non tegit; vel cùm Christus, aut beata Virgo medium locum tenent, ex imperitia factum videtur; nimirum alicubi Paulum ad dexteram depictum viderant, nec sic eum esse ad dexteram, vt tegeret Petrum, animaduerterant: id fieri ad honorem Pauli existimarunt, ac propterea in sedibus quoque, vel cùm inter se multum distarent, dexteram partem Paulo tribuerunt. Cæterum non ob Pauli honorem id a veteribus factum esse; vel inde probari potest, quod in omnibus alijs rebus semper Petrus Paulo anteponitur, si nominandi sunt, Petrus præcedit; si in precibus inuocandi, præcedit Petrus; si festi dies in eorum honorem celebrandi, prior est Petrus. Cur igitur in imaginibus ordo iste alioqui perpetuus mutaretur?

Petrus semper Paulo anteponēdus.

Denique, si hæc aliquibus non probantur, admitti potest honoris gratia Paulum a dextris Petri in signis & imaginibus collocari, cuius honoris causę tres potissimū esse videntur. Prima, quoniam plus ipse videtur Ecclesiæ profuisse, quàm Petrus; plures enim ex Gētibus ad Christi fidem adduxit; plures prouincias summo cum labore peragrauit; plura scripta, eaq; vtilissima nobis reliquit. Ecclesia verò in colenda Sanctorum memoria non tam respicit honoris gradum, quem habuerunt in terris; quàm vtilitatis, quam posteris attulerunt; cùm enim gratitudinis causa eos honoret, illis maiorem cultum defert, quibus plus debet. Certè Stephanus, & Laurentius Diaconi tantum erant, quorum ille sancto Iacobo Episcopo, & Apostolo; iste sancto Sixto Summo Pontifici ministrauit, & tamen Ecclesia magis Stephanum, quàm Iacobū; & Laurentium, quàm Sixtum honorat, quia clarissima horum Diaconorū martyria toti Ecclesiæ mirabiliter præluxerunt. pari ratione Sanctus Hieronymus, & Sanctus Thomas Aquinas simplices presbyteri fuerunt; Antonius, Benedictus, Franciscus, ne presbyteri quidem: & tamen ab Ecclesia, quò ad cultum attinet, multis Sanctis Episcopis, & Martyribus, & summis etiam Pontificibus præferuntur; quoniam illi scriptis libris, isti ordinum religioso-

Paulus Apost. plus profuit ecclesia q̄ Petrus.

Pauli prædicatio q̄ proficua.

Pauli scripta vtilissima.

Ecclesia cur pluris faciat Stefanum q̄ Iacobū epum, & Laurentium Sixto Summo Pontefice.

Antonius, Benedictus & Franciscus quare multis Sanctis martyribus, epis, & summis et Pontificibus præferantur.

 gioso-

gioſorum inſtitutione plurimum Eccleſiæ præfuerunt.

Paulus Apoſt. doctor gentium cur Petro a Deo antepoſitus.

Altera ratio eſt, quia Paulus Doctor gentium præcipuè fuit, Petrus Iudæorum: vt igitur Eccleſia ſignificaret Gentiles Iudæis tandem antepoſitos eſſe ab eo, qui dixit: Maior ſeruiet minori; Paulum Petro antepoſuit.

Tertia ratio eſſe poteſt; quoniam Petrus a Chriſto vocatus fuit, adhuc mortali, & quodammodo in ſiniſtris cōſtituto; Paulus autem de cœlo a Chriſto immortali, & regnante, ac a dextris patris ſedente vocatus eſt.

Paulus Apoſt. de tribu Beniamin.

Beniamin licèt poſtremus inter fratres, fuit tamē omnibus fratrib⁹ antepoſitus.

Quartam rationem addit Petrus Damiani in Epiſt. ad Deſideriū; quia videlicet Paulus de tribu erat Beniamin, & in ipſo Beniamin demonſtratus, ac typicè in ſcripturis expreſſus: porrò Beniamin etſi poſtremus erat inter fratres ſuos, nihilominus & a patre filius dextera eſt appellatus, & a Ioſeph omnibus fratribus antepoſitus. vt Gen. cap. 25. & 42. legitur.

Papa licèt vocet Epiſc. fratres, maior tamen eorum eſt, nec ex hoc fiunt in iuriſdictione æquales.

Fraternitas multis modis ſumitur.

Fratres quomodo omnes cenſeantur.

Ad decimā tertiam deſumptam ex cap. quam gratiam. de crim. falſ. Reſpondetur, quòd & ſi Papa vocet Epiſcopos fratres, dederitq; Petrus dexteram Societatis, hoc nō arguit prælatum, vel principem non eſſe potiorem. Refert enim Lucanus, Cæſarem ſuis militibus, bellorum Socii, dixiſſe, nec tamen minus eorum princeps, Ductor, & Imperator fuit. Similiter cùm dicit fratres, non facit ipſos ei in iuridictione æquales: nam fraternitas multis modis ſumitur, vt not. in cap Ioannes de regula. Nam aliquando dicitur frater natura, vt Eſau, & Iacob. Aliquando Gente, vt Iudæi, Aliquando cognatione, vt Aabraam, qui dixit Saram ſororem ſuam, cùm tamen eſſet vxor ſua. Aliquando affectu, vt Chriſtiani. cap. ad menſam. ii. q. 3. Aliquando creatione; ſumus enim frates ab Adam creati: Talis ergo aſſertio fraternitatis principatum aſſerenti nō tollit, vt patet de Iſaac, cùm dixit, eſto dominus fratrum tuorum. Et ſicut in vna domo cùm deeſt paterfam. antiquior frater eſt primus, & principalis l. pronunciatio § familiæ. ff. de verbo. ſig. & tamen carnalitate Fratres ſunt, ſed non præeminentia, & iuriſdictione, in qua Petrus ſingulis Apoſtolis prępoſitus eſt. Vel fratres ſunt in ordine, & conſecratione, non in adminiſtratione.

Ad

Ad decimam quartam desumptam ex cap. antiqua. de Priuileg. Respondetur, quòd Papa statim post electioné omnibus maior est, sed Ostiensis Episcopus, antequã Papa efficiatur Sacerdos, in ordine, & consecratione eo maior est, nec est inconueniens, quòd vno respectu alter altero maior, & alio respectu minor dicatur; post tamen consecrationé ipse Papa par est Ostiensi Episcopo, cæterisq; Episcopis in ordine, & consecratione; qui tamen maior est eis in iurisdictione, vel administratione, vt dictum est.

Papa statim post electionem omnibus censetur maior.

Episc. Hostiensis antequàm Papa efficiatur Sacerdos, eo maior est.

Papa post consecratione par est Ostiensi Episcopo cæterisq; Episc. in ordine & consecratione, sed non in iurisdictione, quia maior est eis.

Ad decimam quintam, & postremam, cùm dicebatur, in papæ electione Cardinales sunt loco Metropolitani, sed iste est maior Suffraganeo, quare Cardinales sunt maiores Papa. Respondetur, negando consequentiam; quia licet in electione Papæ Cardinales sint Metropolitani, non tamen sunt Papæ æquales, vel maiores, sicut nec Suffraganei Metropolitanum cõsecrantes, ipso maiores censentur, cap. 1. 66. dist. ex his itaque, quæ hactenus dicta sunt, apparet, in iurisdictione Petrum summum omnium Apostolorum, ac totius Ecclesiæ militantis principem extitisse, ipsumq; solum à Christo potestatem habuisse.

Cardin. licèt in electione Papæ succedant loco Metropolitani, non tamen sunt Papę ęquales.

Petri sedem Romæ fuisse constitutam, ac benè ordinatam. *Cap. VI.*

CONstitutis his, quæ ad Petri primatum explicandum, ac defendendum pertinebant. Modo ad ea, quæ ad primatum successorum eius attinent, accedendum nobis est. Quoniam autem ius successionis Romanorum Pontificum in eo fundatur, quod Petrus Romæ sedem suam iubente Domino collocauerit, atque ibidem vsque ad mortem sederit.

Petri sedes iubẽte Domino fuit constituta Romę.

Oritur quęstio, An Petrus Romæ vsque ad mortem Episcopus fuerit; Quod eum talem fuisse, primum suadere videtur summa Romanæ Ecclesiæ dignitas; semper enim omnium consensu prima, & præcipua omnium aliarum habita est. Non potest autem vlla ratio huius excellentiæ reddi, nisi quia Apostolorum Princeps illius Ecclesiæ proprius Pastor, & Episcopus fuit, vt supra cap. 3. osten-

Petrus nunquid Romę vsque ad mortem fuerit Episcopus.

Ecclesia Romana semper præcipua omnium aliarum habita est, & quare.

ostendimus.

Deindè si non fuit Petrus Episcopus Romæ vsque ad mortem, dicant Aduersarii, vbi Petrus sederit ab eo tempore, quo Antiochiam reliquit Nam non mansisse Petrũ perpetuò apud Antiochiam, Antiocheni ipsi confitentur, & satis id probat Ecclesię consuetudo, quæ nunquam Episcopo Antiocheno primum locum attribuit. Et nulla Ecclesia est, aut fuit, quæ excepta Antiochena, & Romana Episcopum suum fuisse Petrum assereret, num ergo dicemus, Petrum non fuisse vllius loci Episcopum? quod tamen dicere nequeunt, si quidem testimonio, omniumq; Veterum consensu, Petrum Romæ fuisse Episcopum confirmatur. Eusebius enim in chronico anni xliv. Petrus natione Galilæus, Christianorum Pontifex primus, cùm primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Rom̃am proficiscitur, vbi Euangelium prædicans 25. annis eiusdem vrbis Episcopus perseuerat. Epiphanius hæres 27. quæ est Carpocratis: Episcoporum, inquit, in Roma succesfio hanc consequentiam habuit, Petrus, & Paulus, Linus, Cletus, Clemens, Euaristus, Alexander; &c. Augustinus lib. 2. cap. 51. contra literas Petiliani: Cathedra tibi quid fecit Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in qua nunc Anastasius sedet? Idem in Epist. 165. enumerat Romanos Episcopos a Petro vsque ad Anastasium.

Petrum perpetuò apud Antiochiam non remãsisse fatentur ipsi Antioch.

Petrus Episc. Ecclesię Rom. & Antiochenę.

Prudentius in Hymno de S. Laurentio.

Romę iam regnant duo
Apostolorum Principes:
Alter vocator Gentium,
Alter Cathedram possidens
Primam, recludit creditas
Æternitatis ianuas.

Prosper lib. de ingratis.

Sedes Roma Petri, quę Pastoralis honoris
Facta caput Mundo. &c.

Pontifices Rom. Petri successores testimonio etiam Gręcorum Episc.

Accedant etiam testimonia veterum Conciliorum, quæ ab hæreticis nostri temporis recipiuntur, ex quibus habemus plusquàm M.CC. antiquos Episcopos maiori

iori ex parte Grecos, qui Romanum Pontificem Petro succedere testantur. quem Marcus Romæ Euangelium scribens, prędicantem audiuit, ibiq; pro Christo martyrium subiisse veterum testimonia demonstrant.

Marcus Romæ euang. scribens Petrum prędicantem audiuit.

Nam prudentius in hymno de S. Laurentio sic ait.

Discede adulter Iuppiter stupro sororis oblitæ,
Relinque Romam liberam, plebemq; iam Christi fuge.
Te Paulus hinc exterminat, te sanguis exturbat Petri,
Tibi id, quod ipse armaueras, factum Neronis officit.

Arator in fine Actorum Apostolorum sic ait:

Dignaq; maceries Petri, Pauliq; coronæ
Cæsareas superare minas; & in arce tyranni
Pandere iura poli, summumq; in agone tribunal
Vincere, nec titulos paruus contingeret hostis.

Elpis vxor Boetii in hymno de Apostolis:

O fælix Roma, quæ tantorum principum
Es purpurata precioso sanguine,
Non laude tua, sed ipsorum meritis
Excellis omnem Mundi pulchritudinem.

Omitto innumerabiles alios, vt Bedam, Adonem, Freculphum, Bernardum, & cæteros, si quidem hi sufficere possunt, cum omnes floruerint primis quingentis annis. Adde vltimo, quòd Ethnici auctores, & si non meminerint nominatim Petri, & Pauli, qui apud eos contemptibiles videbantur, tamen conueniunt cum citatis patribus in eo, quod Romæ primus Nero Christinos occidi mãdauerit, vt patet ex Cornelio Tacito lib. 15. Annalium, & Suetonio in Nerone.

Nero Imp. primus fuit, qui Christianos occidi mandauit, ex testimonio Ethn.

Quod si obiiciant Aduersarii, Petrum nunquam vidisse Romam; tum quia nulla eius mentio fit in actis apostolicis; tum quia ab Apostolo Paulo in Epistola ad Romanos, non salutatur: tum denique, quia Scriptores de tempore, quo Romam venerit, non idem sentiunt; discordia enim auctorum falsitatis argumentum est.

Petrus nunquid sederit Romæ.

Falsitatem arguit discordia Scriptorum.

Respondebitur, quòd cùm tota antiquitas, ipsaq; Romæ monumenta testentur, beatum Petrum Romæ & sedisse, & cruci affixum esse, neque toto terrarum orbe locus alius sit a quoquam hactenus exhibitus, vbi tanti A-

Petrum Romæ sedisse & cruci affixum fuisse clarissimum est.

postoli sacrum corpus asseruetur: mirum est inueniri homines, qui tam manifestam veritatem inficiari audeant. Quibus enim moueri videntur vt contra sentiant, ea hac ratione non difficulter soluuntur: Quòd beatus Petrus tametsi Pontificalem Cathedram Romæ fixerit, freque̅s tamen in peregrinationibus fuerit, variisq; in locis Euangelium prędicauerit. In Iudæam rediit, Claudii edicto cum cæteris Iudæis abire iussus. Adfuit Hierosolymitano Concilio: visitatus Hierosolymis ab Apostolo Paulo: Astitit morienti Sacratissimæ Matri Dei, vt testatur beatus Dionysius Areopagita cap. 4. de diuin. nom. ob has freque̅tes, continuasq; profectiones Linum, & Cletum Episcopos consecrauit, sibiq; tanquam Suffraganeos, atque in Pontificalibus vicarios Romæ constituit. Non mirum ergo si a beato Paulo neque salutatus sit in Epist. ad Romanos, neque Romæ inuentus.

Petrus licet Romæ sederit, fuit tamen frequens in peregrinationibus variisq; in locis euangeliu̅ prædicauit.

Petrus dum peregrinaretur, Linum & Cletum suffraganeos atque Vicarios Romæ constituit.

Quod Scriptores, in tempore aduentus eius Romam, dissentiant, non arguit, eum Romam non fuisse. pari namq; ratione colligemus, Christum pro humano genere passum, atque mortuum non esse; quia de tempore no̅ conuenit inter omnes; beatus Ignatius, quem communiter nunc sequuntur, affirmat anno ętatis 33. Alii autem 30. Alii 46. Beatus Irenæus multis contendit ętatis anno 40 adhuc prædicasse: Vnum nobis sufficiat, vniuersam Ecclesiā hoc affirmare beatum Petrum Antiochiæ sedisse, Romam quoque venisse.

Christi ætas qua̅do crucifixus est, variè accipitur à Scriptoribus.

Ostenditur Romanum Pontificem tum iure diuino, tum iure successionis Petro succedere in Ecclesiastica Monarchia. Cap. VII.

HActenus demonstrauimus Romanum Pontificem Petro succedere in Episcopatu Romano: nunc id ipsum de successione in vniuersæ Ecclesiæ primatu ostendere aggredimur, & ea primum ostensione, quam ex diuino iure, & successionis ratione desumptam esse arbitramur: Debet enim Petro iure diuino aliquis succedere: ille non potest esse alius, quàm Pontifex Romanus:

Petri successores iure diuino ei succedunt.

nus: igitur ille succedit. Ac primum oportere Petro aliquem succedere in Pontificatu Ecclesiæ vniuersæ colligitur primò ex fine Pontificatus. Nam certum est, Pontificem esse propter Ecclesiam, non Ecclesiam propter Pontificem. Sic enim Augustinus lib. de pastoribus. cap. 1. Quod Christiani sumus, inquit, propter nos est; quòd præpositi sumus, propter nos est. At qui Ecclesia non minus eget nunc vno pastore, quàm tempore Apostolorum, immò verò etiam magis, cùm nunc sint Christiani, & plures, & peiores. Non igitur moriente Petro, Pontificatus interire debuit qui non in Petri commodum, sed in Ecclesiæ vtilitatem institutus erat; sed manere, ac perseuerare, donec ipsa Ecclesia manet, aut certè donec in terris peregrinatur, & vnius Summi Pastoris cura, & vigilantia opus habet.

Papa designatus est propter ecclesiam, non autem ecclesia propter pontificem.

Secundo id ipsum colligitur ex vnitate Ecclesię: Nam Ecclesia est vna, & eadem omni tempore; regiminis itaq; forma, quæ etiam est forma Reipublicæ, & Ciuitatis, mutari non debet. Quare si Apostolorum tempore vnus erat supremus Rector, & Caput Ecclesiæ, hoc etiam tempore esse debet.

Ecclesię vnitas.

Tertio id ipsum desumitur ex verbis Domini Ioan. vltimo Pasce oues meas. Nam officium Pastoris est officiũ ordinarium, & perpetuum; si quidem ex natura rei tandiu pastoris officium durare debet, quandiu manet ouile. Ouile autem manet, & vsq; ad Mundi consumationem manebit: igitur eò vsq; successores Petri in summo isto pastorali officio manere necesse est.

Pastoris officiũ dicitur ordinarium & perpetuum, & perpetuò durare debet.

Quarto, in veteri testamento Summorum Pontificũ successio erat; Nam Aaroni successit Eleazarus, Num. 20. & Eleazaro Phinees, Iud. 20. & sic de cœteris; At Sacerdotium Testamenti veteris figura fuit Sacerdotij Testamenti Noui; quare & nunc successio in sede Petri, primi, ac summi Christianorum Pontificis, conseruari debet.

Pontificatus successio etiam in veteri testamẽto cernitur.

Sacerdotium veteris testamenti fuit figura Sacerdotij testamenti noui.

Iam verò, quòd iste Petri successor sit Romanus Pontifex, facilè probari potest. Nullus enim est, nec vnquam fuit, qui se Petri successorem vllo modo asserue-rit

Petri successor quod sit Rom. Pont. demonstratur.

rit, vel pro tali habitus sit, præter Romanum, & Antiochenum Episcopum; atqui Antiochenus Petro in Pontificatu totius Ecclesiæ non successit; nam non succeditur nisi cedenti locum, vel per mortem naturalem, vel per mortem legitimam; id est, depositionem, vel renunciationem; Petrus autem adhuc viuens, & pontificatum gerens, Antiochenam Ecclesiam reliquit, & Romæ sedem suam fixit, vt superiori cap. demonstrauimus. Restat igitur, vt Romanus Episcopus, qui Petro in Vrbe Roma morienti successit, eidem in tota ipsius dignitate, & potestate successerit.

Petro non successit Episc. Antiochenus in Pontificatu totius ecclesiæ, & quare.

Vt autẽ res hæc tota melius intelligatur, obseruandum est, aliud esse successionem, aliud rationem successionis. Nam successio Romani Pontificis in pontificatu Petri ex Christi instituto proficiscitur. Ratio aũt successionis, qua Romanus Pontifex potius, quàm Antiochenus, vel aliquis succedat, ex facto Petri initium habuit, successio, inquam, ipsa ex Christi instituto, & iure diuino oritur. Quia Christus ipse instituit in Petro Pontificatum duraturum vsque ad finem Mundi, & proinde quicunque Petro succedit, a Christo Pontificatum accipit. At verò, quòd Episcopus Romanus, quia Episcopus Romanus est, sit Petri successor, ex facto Petri ortum habuit, non ex prima Christi institutione. Nam potuisset Petrus nullam sedem particularem sibi vnquam eligere, sicut primis quinque annis fecisse legitur; & tunc moriente Petro, nõ Episcopus Romanus, neque Antiochenus successisset, sed is, quem Ecclesia sibi elegisset Potuisset quoque semper Antiochiæ manere, & tunc Antiochenus sine dubio successisset. quia verò Romæ sedem fixit, & vsq; ad mortem eam tenuit. indè factum est, vt Romanus Pontifex ei succedat. Neque Romanus Episcopatus, & vniuersæ Ecclesiæ Præfectus, duo Episcopatus, neque duæ sedes esse videntur, nisi in potentia, id est, vnum actu, in potentia verò multa dicuntur. Ex quo sequitur, vt qui eligitur Romanus Episcopus eò ipso summus totius Ecclesiæ Põtifex censeatur, etiam si fortè Electores id minimè exprimant.

Papæ successio in Pontificatu ex Christi instituto proficiscitur.

Papa a Christo Pontificatum accipere dicitur.

Papa eo ipso sũmus totius Ecclesiæ episc. censetur quando elect⁹ ẽ, et si electores id minimè exprimant.

Verum

Verum obiiciet aliquis, si ideò Romæ ea sedes summi Pontificatus, quia Petrus Apostolus Romæ Pontificatū gerens defunctus est: ergo sedes Pontificatus Iudaici semper in deserto esse debuit, quia ibi Moses, & Aaron pontificatum gerentes mortui sunt: Et sedes pontificalis Christianorum Hierosolymis esse deberet, quia ibi Christus summus pontifex obijt.

Sedes Pontificatus Iudaici an in deserto esse debuit, ex quo ibi Moses & Aaron Pontificatum gerentes obierunt.

Præterea, priuilegium hoc de primatu totius Ecclesiæ, vel est locale, vel personale, vel mixtum. Si primum, ergo cùm semel Antiochiæ concessum fuerit, ab ea tolli non potest, etiam si inde Petrus recesserit, & alibi mortuus sit. Si secundum, ergo nihil ad locum: igitur nihil iuris habet Roma magis, quàm alia Ciuitas. Si tertium, ergo non sufficit esse Romanum Episcopum ad hoc, vt aliquis primatum habeat. nam si est priuilegium partim locale, partim personale, non datur loco nisi pro tempore, quo in eo talis persona, id est, Petrus reperitur.

Priuilegium de primatu totius ecclesiæ quale sit

At istæ obiectiones nullius sunt momenti; Nam ad primam respondeo ex iam dictis, non ideò Romæ esse sedem pontificalem, quia Petrus Romæ obijt. sed quia Romanus fuit Episcopus, nec sedem ex Roma nunquàm aliò transtulit. Moses autem, & Aaron sedem in deserto non fixerunt, sed ibi, in itinere cum essent, mortui sunt: Sicut etiam Christus Hierosolymis, nec in illo particulari loco sedem posuit.

Romę non censetur fixa sedes episcopalis, ex quo ibi Petrus obijt, sed quia fuit eps Romanus.

Ad secundam obiectionem dico, ex prima Christi institutione dignitatem pontificalem fuisse personalem, tamen ex facto Petri factam esse postea localem, seu potius mixtam; neque id sine diuino nutu. Dico fuisse initio personalem, quia a Christo vlli certo loco alligata non fuit, sed in personam petri absolutè collata: sic autem personalem fuisse affirmo, vt tamen publica, non priuata fuerit. priuilegia personalia priuata dicuntur, quæ dantur alicui personæ pro se tantum; publica verò, quæ pro se, & successoribus tribuuntur. Quia tamen postea Petrus Romæ sedem fixit, priuilegium illud etiam locale, & proindè mixtum factum esse non dubitamus; est

Pontificatus dignitas ex prima Christi institutione fuit personalis, ex facto āt Petri facta est postea localis.

Priuilegia personalia priuata quę dicantur, & quę publica.

enim Romanæ vrbi alligatum, donec Petri successores Romæ sedem retinent.

Idem ostenditur ex Concilijs. Cap. VIII.

Papa primatus cõprobatur et ex concilijs, Romęq; fuisse affixam sedẽ põtificalem.

SEcundo loco Romani Pontificis primatus ex Concilijs probandus est; primum ergo habemus Nicænum Concilium Can. VI. cuius verba sunt hæc: Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est.

Concilium Nicęnum nihil circa Romanam ecclesiam statuisse.

Vnde notandum; Concilium Nicænum nihil circa Romanam Ecclesiam statuisse; quoniam potestas eius non ab hominibus, sed a Deo profecta est: sed tantum ex forma Romanæ Ecclesiæ aliarum Ecclesiarum statum constituisse. Non enim Concilium dicit; Habeat Romanus Episcopus huius, vel illius regionis administrationẽ, sed ait; Habeat Episcopus Alexandrinus curam Ægypti, & Lybiæ, quoniam Romanus Episcopus ita consueuit. Vbi apertè Romana Ecclesia fit aliarum regula, & nihil circa eam propriè statuitur. Propterea aberrant nonnulli, qui dicunt, a Concilio Nicæno certos fines Romano Episcopo assignatos, vt nimirum solum suburbanarum Ecclesiarum curam gerat.

Ecclesiam Rom. aliarum ecclesiarum caput esse deprehenditur.

Secundum Concilium generale in Epist. ad Damasũ, quæ extat apud Theodoretum lib. 5. hist. cap. 9. dicit se conuenisse apud Vrbem Constantinopolim ex mandato literarum pontificis per Imperatorem ad se missarum. Et ibidem fatentur; Romanam Ecclesiam caput esse, se autem membra.

Papæ potestas & authoritas q̃ maxima fuerit.

Tertium Concilium, vt est apud Euagrium lib. 1. hist. cap. 4. dicit se deponere Nestorium ex mandato literarũ Celestini Papæ Romani. Et in Epist. ad eundem Celestinum, idem Concilium scribit, se causam Ioannis Patriarchæ Antiocheni, quę magis dubia erat, quàm causa Nestorij, non fuisse ausum iudicare, sed ipsius Celestini iudicio reseruasse. Quæ omnia perspicuè supremam Ro

mani

mani Pontificis auctoritatem indicant.

Concilium Chalcedonense act. 1. 2. & 3. passim vocat Leonem vniuersalis Ecclesiæ pontificem. Et in Epist. ad Leonem: Et post hæc, inquiunt, omnia insuper, & contra ipsum, cui vineæ custodia a Saluatore commissa est; extendit insaniam; id est, contra tuam quoque apostolicam sanctitatem. Hic vides maximum Concilium confiteri, Romano Pontifici a Deo ipso, vineæ; id est, Ecclesiæ vniuersæ custodiam esse commissam.

Leo vniuersalis ecclesiæ Pontifex a Concilio Calcedonense appellatus.

Concilium Constantinopolitanum act. 4 per Menam Patriarcham Concilij præsidem ita loquitur: Nos, inquit, apostolicam sedem sequimur, & obedimus, & ipsius communicatores, communicatores habemus, & condemnatos ab ipsa, & nos condemnamus. Iam si totum Concilium Apostolicæ sedi obedire se profitetur, vtiq; Apostolica sedes toti Ecclesiæ cum auctoritate præest.

Pontificis authoritas a Concilio Constantinopolitano approbatur.

Concilium Lateranense sub Innocentio III. in quo Græci, & Latini interfuerunt, cap. 5. Romana, inquit, Ecclesia, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vt potè mater vniuersorum Christi fidelium, & Magistra.

Ecclesia mater vniuersorũ Christi fidelium & magistra dicitur a Concilio Lateranense.

Concilium Lugdunense generale sub Gregorio Decimo, de quo in cap. vbi periculum de elect. lib. 6. vocat Romanum Episcopum, Vicarium Christi, successorem Petri, Rectorem vniuersalis Ecclesiæ. Et in hoc etiam Concilio Græci, & Latini interfuerunt.

Papa Vicarius Christi dicitur a Concilio Lugdunẽsi successor Petri, ac rector vniuersalis ecclesiæ. In quo interfuerunt græci & latini.

Concilium Florentinum Græcis, & Latinis consentientibus, ita statuit: Definimus sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum; & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere, & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.

Papam in vniuerso orbe primatum obtinere, & Petri successorẽ esse, Cõciliũ Florentinum græcis & latinis consentientibus statuit.

Quod etiam vltimo loco Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. statuisse videtur.

Quod & Cõciliũ Tridẽtinum statuisse videtur.

Idem ostenditur ex origine, & antiquitate Primatus. Cap. IX.

Primatus ecclesia ex origine et antiquitate ostẽditur.

HActenus quidem ex diuino iure, ac ex generalibus Concilijs ostendimus, Romani Pontificis Ecclesiasticum principatum ab ipsa Christi resurrectione, eodem auctore Christo, principium accepisse: quod genus argumenti ostensiuum dici solet: Nunc altero argumenti genere, quod ad impossibile ducens appellatur, id ipsum demonstrare conabimur. Nam si non est, vt dicimus, igitur alio tempore, & alio auctore Romani pontificis Ecclesiasticus principatus cœpit. At nullum tempus assignari, nullusuè auctor notari potest, quin eo antiquiorem hunc primatum fuisse demonstremus; nisi ad Christum auctorem, & Christi tempora veniamus, eò igitur veniamus necesse est.

Pontificis Rom. authoritas olim ab Imperatorib. dependebat.

Verum dicetis, olim, & antiquitus Romani Pontificis auctoritas ab Imperatoribus introducta fuit, nempe à Constantino, & à Phoca. cap. Constantinus 96. distinct. multiq; testantur Historici: Ac nouissimè ab Electoribus Cardinalibus tributa videtur, igitur tempus, & auctorẽ assignari posse fatendum est.

Cõstantinus Imper. licèt multa bona summo Põtef. donauerit, ea potius restituisse censetur.

Hæc omnia facilè reffelli possunt; ac primum desumptum ex cap. Constantinus 96. dist. nihil officit. Nã estò, quòd Constantinus Magnus multa bona summo Pontifici donauerit, quod nos potius, quæ a Pontifice abstulerat, restituisse asserimus, vt inferius docebimus, cũ de Monarchia Pontificis temporali agemus: ditionem tamen spiritualem neque dedit vllam, neque dare potuit. Nam in eodem Canone fatetur Constantinus Beatum Petrum Christi Vicarium fuisse, & idcirco successores eius Principes, & capita totius Ecclesiæ haberi debere. Itaq; solum ius antiquum declarauit, & additis multis temporalibus bonis Pontificem ornauit.

Cõstãtini Imp. cõfessio circa authoritatem Pontificiam.

Phoca licèt sanciuerit, Rom. ecclesiam caput esse oĩum ecclesiarũ, nõ propterea primatum ecclesiæ ipse introduxit.

Ad illud verò de Phoca respondeo; phocam edidisse quidem sanctionem, qua declarauit Romanam Ecclesiã caput esse omnium Ecclesiarum, vt Beda in lib. de sex æta-

ætatibus in phoca, & Ado in Chronico, ac Paulus Diaconus lib. 18. de reb. Roman. testantur. Sed non propterea a Phoca hunc primatum introductum esse. Nam phocas id declarando, & asserendo, non instituendo aliquid noui sanxit, quod certissima ratione demonstrari potest. Gregorius enim lib. 7. epist. 63. ad Ioannem Siracusanum: De Sede, inquit, Constantinopolitana, quis dubitet eam Apostolicæ Sedi esse subiectam? quod & dominus pijssimus Imperator, & frater meus Eusebius eiusdem Ciuitatis Episcopus assiduè profitentur, scripta autem Epistola est ante phocæ Imperium annis circiter quinque, vt ex indictionis numero apertè colligitur. Deindè Iustinianus Senior, qui ante phocam septuaginta annis fuit, in Epistola ad Ioannem II. affirmat, Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum: Et Valentinianus, qui phocam centum quadraginta annis præcessit, in Epist. ad Theodosium asserit, Romanum Pontificem Sacerdotij principatum super omnes semper habuisse.

Ecclesiam Rom. esse caput oinm ecclesiarum Iustinianus senior affirmat, & Valentinianus.

Causa autem cur phocas rem tam certam iterum lege sua granciendam putauerit, fuit superbia Episcoporum Cōstantinopolis, vt Beda, Ado, & Paulus Diaconus loco citato annotarunt. Illi etenim se Patriarchas vniuersales, & primos omnium Episcoporum contra omne ius, & fas scribebant, ac excommunicationes, quas in eos tulerant Pelagius, & Gregorius Romani Pontifices, eorum obstinationem frangere non potuerant; visum est Imperatori bonum, vt ipse, quem Græci magis timebant, se interponeret. Itaque declarauit Romanam Ecclesiam caput esse omnium Ecclesiarum, proindè Constantinopolitanum Episcopum non esse Episcopum vniuersalem, sed particularem, Apostolicæq; sedi subiectum. Hinc falluntur Marsilius de Padua, & postea Ioannes Vuicleff. & Ioannes Huss, qui dixerunt, Pontificem à Cæsare auctoritatem accepisse,

Eporum Constātinopolis superbia.

Ecclesiam Rom. caput esse aliarū ecclesiarum cur Phocas declarauerit.

Nec quod de Cardinalibus electoribus dictum est, vllum ferè fundamentum habet. Nam constat prius fuisse Pontifices, quàm Cardinales; & saltem aliquos veros Pontifices non a Cardinalibus creatos. Certè Petrum

Pontifices primi fuerunt q̄ Cardinales.

non

Petr⁹ a Christo Pontifex creat⁹. Cardinales potestatem Pontifici non conferunt.

non Cardinales, sed Christus Pontificem creauit; & Clementem non Cardinales, sed Petrus elegit. Pręterea si Cardinales potestatem Pontifici conferrent, ijdem auferre possent; hoc autem omnium consensu falsum est; nam etiam dubium Pontificem, vt infra dicemus, non Cardinales, sed Concilium generale deponit.

Papa licèt ab hominib. eligatur, ab eis tamen iurisdictionem non habet.

At dicetis, quicquid de Cardinalibus sit, constat Romanum Pontificem ab hominibus eligi, & creari, vt testatur decretum de electione Gregorij VII. quod habetur in eius vita apud Platinam: ab illis itaq; potestatem accipit. Verum consequentia nulla est; Nam etiam Electores Imperij creant Imperatorem, & populus creat Regem, & tamen Imperator est supra Electores, & Rex est supra populum. Ad hæc obseruandum est, in Pontifice tria esse; Pontificatum ipsum, qui est quasi forma quædam; Personam, quæ est Pontificatus subiectum; Et coniunctionem vnius cum altero. Ex quibus prima, hoc est, ipse Pontificatus a solo Christo est. Persona autem est quidem a suis causis naturalibus absolutè, tamen vt est talis persona; id est, electa, & designata ad pontificatum, est ab Electoribus: illorum est enim designare personã. Ipsa verò coniunctio est a Christo, mediante Electorum humano actu: dum enim certam personam eligunt, & designant, ad coniunctionem Pontificatus cum illa persona concurrunt. Itaque Electores verè Pontificem creare dicuntur, esseq; causam, ut talis sit Pontifex, ac vt eã habeat potestatem; non tamen ipsi eam tribuunt, neque sunt causa eius potestatis. Sicut in generatione hominis, quia anima a solo Deo infunditur, & tamen Pater generans, disponendo materiam, est causa coniunctionis animæ cum corpore; dicitur homo generare hominem, & nihilominus non dicitur producere animam hominis.

Electores Pontifici non dicũtur ei tribuere potestatem.

Idem ostenditur ex legibus, dispensationibus, censuris, & ex iure appellationum. Cap. X.

Papa authoritas circa leges ferendas, in dispensan

IDem probatur ex auctoritate leges ferendi, dispensandi, & puniendi, quam Romanus Episcopus in Eccle-

siæ

siæ filios, quamuis maximos, & nobilissimos exercuit; nec non ex impotentia ab eius sententia prouocandi, seu appellandi; De quibus plurima exempla proferri possent; rari enim fuere Pontifices, qui non aliquid decreuerint.

do & puniendo, nec non ab eius sententia nō prouocando seu appellando.

S. Leo in estrema Epist. ad Episcopos Campaniæ, Piceni, Thusciæ, & per vniuersas Prouincias constitutos ita loquitur: Hæc admonitio nostra denunciat, quòd si quis fratrum contra hæc constituta venerit, vel venire tentauerit, & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se nouerit officio submouendum. Et infra: omnia Decretalia cōstituta tam beatæ recordationis Innocentij, quā omnium prædecessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & Canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.

Pontifices rari fuere, qui nō aliquid noui decreuerint.

Leonis decretū circa confirmationem canonum et decretorum sūmorum Pontificum predecessorum.

Et Hilarius Papa in Concilio Romano præsidens: Nulli, inquit, fas sit, sine status sui periculo vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare.

Hilarij Papæ decretum circa constitutiones predecessorum.

Anastasius quoque iunior Papa in Epist. ad Anastasium Augustum: præceptis, inquit, Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quæ a Sancta Romana Ecclesia, & Apostolica auctoritate iussa sūt, salubriter impleantur, si eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis.

Anastasius Papa iubet precepta apostolica esse seruanda.

Denique S. Gregorius ad finem Epist. si quis, inquit, Regum, Antistitum, Iudicum, vel quarumcunque secularium personarum, huius Apostolicæ auctoritatis, & nostræ præceptionis decreta violauerit, honore suo priuetur.

Gregorius Sanctus quid de predecessorum suorum authoritate senserit.

De Dispensationibus exemplum habemus in Epist. 1. Gelasii: (nam recentiora infinita de industria prætermittimus) Necessaria, inquit, rerum dispositione coniungimur, & Apostolicæ sedis moderamine conuenimur, sic Canonum paternorum decreta librare, & retro præsulū decessorumq; nostrorum præcepta metiri; vt quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda

Gelasii sententia de authoritate Pontificum eius precessorum.

da depoſcit, adhibita conſideratione diligenti, quantum poteſt fieri, temperemus. Et ibidem in multis diſpenſat.

Gregorij Pont. diſpẽſatio cum Anglis circa matrimonia in gradib. prohibitis.

Item Gregorius lib. 12. Epiſt. 31. Felici Epiſcopo Siciliæ dicit, ſe diſpenſaſſe cum Anglis circa matrimonia in gradibus prohibitis: & rurſum cum Siculis, vt ſemel tantum in anno Concilium celebrent, cum alioqui regulæ præcipiant bis in anno concilia celebrari.

Innocentius primus cur per mortẽ Chryſoſtomi Arcadiũ Imp. et Eudoxiam eius vxorem excommunicauit.

De Cenſuris plurima eſſent exempla, & quidem antiquiſſima. Nam Innocentius I. cùm audiuiſſet mortuũ eſſe Chryſoſtomum, Imperatorem Arcadium, & Eudoxiam eius vxorem excommunicauit, qui eundem Chryſoſtomum in ſuam ſedem, vt ipſe Innocentius iuſſerat, reſtitui nou permiſerant.

Innocentius etiam Imperatores Conſtantinopolitanos, & Conſtantinopoli exiſtentes excommunicauit.

Gregorius x. Leonẽ Imp. excõicauit.

Deinde Gregorius IV. Leonem Imperatorem Græcũ ſimiliter excommunicauit; teſte Zonara in vita Leonis Iſauri.

Nic. Pont. excõicauit Lothariũ Galliæ regem & Valdradã eius concubinã & archiepõs Colonienſem & Treuerenſem.

Nicolaus I. excommunicauit Lotharium Galliæ Regem, & Valdradam eius concubinam; nec non Archiepiſcopos Colonienſem, & Treuerenſem.

Victor Pont. cur excõicauerit Aſianos.

Demum Victor I. Papa Aſianos nolentes acquieſcere decreto Pij I. vt Paſca non celebraretur cum Iudæis decimaquarta die primi menſis, ſed Dominica ſequente, excommunicauit. Vterque ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis: ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercendus: ille Sacerdotis, is manu Regum, & Militum, ſed ad nutum, & pacientiam Sacerdotis. Oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati. Nam veritate teſtante, ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet, & iudicare, ſi bona nõ fuerit cap. ad apoſtolicæ de ſent. & re iud. & extrauag. comun. vnam ſanctam de maio & obed. Sic de Eccleſia, & eccleſiaſtica Poteſtate verificatur vaticinium Hieremiæ: Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & Regna, & cætera, quæ ſequuntur. Ergo ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſed ſi deuiat ſpiritualis,

Authoritatẽ tẽporalem ſubijci debere ſpirituali

lis, minor a suo superiori, si verò suprema a solo Deo, non ab homine poterit iudicari, testante Apostolo: spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Hinc decipitur Antonius Arnaldus in sua philippica in Iesuitas reos; cum dixerit, Papam non posse Regem excommunicare, nec exsoluere subditos obedientia, quam suo principi debent.

Antonij Arnaldi error circa pontificiam authoritatem in excommunicando Regem.

Ex iure denique appellationum Romani Pontificis Ecclesiasticus principatus probatur, quòd ex quauis orbis Christiani parte ad Romanum Pontificem legitimè prouocatur; ab eius verò sententia nulla conceditur appellatio.

Appellatio ad summum Pont. ex quauis orbis Christiani parte fieri potest, & ab eius sententia nullus appellari potest.

Summum enim imperium penes eum esse constat, ad cuius tribunal prouocatur. Quod tum sacris sanctionibus, tum eorum exemplis, qui ad .S. sedem appellarunt facilè probari potest. Gelasius enim in Epist. ad Faustum: Ipsi, inquit, sunt Canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius sedis examen voluere deferri: ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere sanxerunt.

Papa summum Imperium dicitur habere.

Et in Epist. ad Episcopos Dardaniæ: Ad illam, inquit, de qualibet Mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo est appellare permissus.

Vetera etiam eorum extant exempla, qui ad Summũ Pontificem appellarunt. Nam Pio I. Pontifice Marcion excommunicatus ab Episcopo suo in Ponto, Romã venit, vt a Romana Ecclesia absolueretur. referente Epiphanio hæres 42.

Fortunatus, & Felix in Africa à Cypriano depositi ad summum Pont. appellarunt.

Pontifice Cornelio, Fortunatus, & Felix in Africa à Cypriano depositi, Romam nauigauerunt, atq; ad Cornelium appellauerunt. teste Cypriano lib. 1. Epist. 4.

Non diu post, Stephano Pontifice Basilides in Hispania depositus, ad Stephanum appellauit. Cyp. libr. 1. Epist. 4.


Basilides in Hispania depositus ad Stephanum appellauit.

Iulio I. Pontifice Athanasius ab orientalibus depositus ad Pontificem appellauit, & ab eo restitutus est. teste Sozomeno lib. 3. cap. 7.

Athan. ab Orientalibus depositus ad Pont. appell.

Innocentio I. Pontifice, Chrysostomus a Theophilo depositus, ad Pontificem appellauit, vt patet ex Episto-

Chrisost. à Theoph. depositus ad Papam appell.



lis eius duabus ad Innocentium. Aliaq; tum vetera, tũ etiam posteriorum temporum exempla, ac testimonia adduci possent, quæ tamen breuitatis causa omittimus.

Appellationes totius Ecclesiæ deferri ad Papam, qui nullum habet superiorem.

Hinc facilè colligitur, quòd cum appellationes totius Ecclesiæ deferantur ad Papam, qui in terris nullum habet superiorem, manifestumq; sit, Concilium esse totam Ecclesiam repræsentatiuè, vtique a Concilio ad Papam, non è conuerso, nè schisma oriatur, appellari fatendum est; Et propterea malè, ac perperam faciunt, qui a sententia Romani Pontificis ad futurum Concilium appellant, vt nonnullos Principes fecisse legitur; qui cùm Ferrariensi bello a Sixto Pontifice Maximo anathematis interdicto prohiberentur, bellum prosequi, & ab ipsis super ea re a Patauino Iurisconsultorum Collegio consilium peteretur, quid facto opus foret, ne ipsi eo anathemate ligarentur, consuluit idem Collegium appellandum esse a sententia Romani Pontificis ad Concilium proximè futurum. Quod quantum Sacris Canonibus aduersetur, quantumq; Reipublicæ Christianæ noxium sit, quisquis non ignarus iurium intelligere potest. Namque (vt alia prætereamus, quę huic corruptelæ manifestissimè refragantur) quis non illud ridiculum iudicauerit, quod ad id appellatur quod nusquam est, neque scitur quando futurum sit? Pauperes a potentibus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur aduersus primam sedem Rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis Ecclesiastica disciplina, & Hierarchicus ordo confunditur.

Quorundã principum error, qui a sententia Papę ad futurum Concilium appellarunt.

Appell. à Summo Pont. ad futurũ concilium inanes, schismaticas, & erroneas esse.

Quare iure optimo Pius II. constitutione in Mantuana Synodo lata, appellationes, & prouocationes a Summo Pontifice ad futurum Concilium inanes, Schismaticas, & erroneas esse sanciuit.

Papa an possit dispensare contra Ius Diuinum. Cap. XI.

QVoniam Romanorum Pontificum successionem in Ecclesiastica Monarchia ex auctoritate dispensandi

ſandi ſuperiori Capite oſtendimus; Ideò iure merito videndum eſt, An Papa contra ius diuinum diſpenſare valeat: Omiſſis aliorum opinionibus, quas in noſtro de ſponſa. & mat. Tract. lib. 3. cap. 7. retulimus, obſeruandum eſt, Diſpenſationem quadruplicem eſſe: Prima eſt iuris relaxatio. cap. niſi rigor. 1. q. 7. Secunda eſt iuris interpretatio, ſiuè declaratio. cap. in omni. de teſti. cap. Quintaualſis. de iureiuran. Sed iſta impropriè dicitur diſpenſatio, vt ibi. Tertia eſt iuris diſtributio. Quarta eſt in vno in totum relaxatio, ſed in alio commutatio, cap. ſuper his, de voto. In prima ergo indiſtinctè dicitur, quod contra ius diuinum Papa diſpenſare non poteſt, ita notat gloſ. diſt. 5. in ſumma in fin. loquens de iure naturali, quod & ipſum diuinum eſt, cap. 1. diſt. 1. Cuius ratio eſt, quia iura iſta immutabilia ſunt, dicta diſt. 5. per totam. Propterea famoſa illa propoſitio, Papa, ſcilicet, omnia poteſt; abſolutè prolata, eſt heretica; nam quæ ad fidem pertinent Papa tollere non poteſt; quæ ſunt Sacramenta Eccleſiæ non valet amouere, quæ ſunt Eccleſiæ temporalia bona ad libitum diſpenſare non poteſt. Indulgentias etiam ſine legitima cauſa non poteſt donare, & huius generis quamplurima, quæ ſunt de iure diuino; poteſt tamen illud interpretari, quæ quidem interpretatio poteſt diſpenſatio appellari. Et hæc tum expoſitiua, ſiuè declaratiua dicitur, vt exempli gratia, iure diuino ſancitum eſt, quòd in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum: Papa id declarat, vt non ſint pauciores. cap. in omni de teſti. Declarat etiam, cum eodem iure dicitur, Quos Deus coniunxit homo non ſeparet: vt intelligatur de coniunctis coniunctione non ſolum animorum, verum etiam corporum, quia coniuncti ſola animarum coniunctione ſeparari poſſunt. cap. cùm ex iniuncto. de conuerſ. coniunga. Tum etiam generalitatis reſtrictiua, vel arctatiua dicitur, & iſta patitur interpretationem, quando ſubeſt cauſa, quæ peccatum tollat, vel ſaltem inducat maius bonum, vel maius malum euitet. Et ideò illa verba: Quos Deus coniunxit; &c. reſtringuntur prę terquàm quando copula etiam inter infideles interuenit,

Papa an contra ius diuinum diſpenſare valeat.

Diſpenſatio quadrupliciter accipitur.

Papa omnia poteſt: quomodo intelligenda ſit huiuſmodi propoſitio.

nit, & vnus est cōuersus, & alijs sine cōtumelia cohabitare nō valet, tūc vt possit fieri separatio, prædicta verba restringūtur. c. quanto de diuor. Sicut restringitur Apost. dictum, quando inquit: oportet ordinandum esse vnius vxoris virum; vt de ordinando ad sacros intelligatur. cap. super eo. de biga. Item aliud Apostoli verbum restringitur: oportet ordinandum esse sine crimine. vt locum habeat, nisi sit per Episcopum dispensatum, in crimine adulterij, vel minoribus. cap. at si clerici: de iudic. Insuper patitur restrictionem: quia iure diuino multæ personæ legitime coniunguntur, quæ per canones prohibentur. cap. non debet. de consan. & affin. Nam filij duorum fratrum iure diuino copulabuntur. cap. de infidelibus. eo. tit §. item duorum. inst. de nupt. & not. in l. celebrandis C. de nupt. Et Papa hos gradus restringit. d. cap. non debet. Similiter contra præceptum de dandis decimis nonnullos excipit, cap. ex parte de dec. & quòd in eis amicabilis compositio admittatur. cap. statuimus. de transac.

Papa contra præcepta Decalogi minimè dispensare potest.

Quòd si obiicias, contra præcepta Decalogi Papam non posse in minimo dispensare. Respondebitur, speciale esse in isto præcepto, vt limitationem, & restrictionem recipiat; quod non est in alio præcepto morali: nam in aliis versatur honor Dei irremissibilis: in isto honor reuerentię, & recognitionis vniuersalis dominii cap. tua nobis de dec. & ideo quòd decimæ in totum non soluantur, Papa facere non potest; sed nè soluantur magis vni Ecclesiæ, quàm alteri: vel quòd integrè non soluantur, hoc non ius diuinum, sed commodum huius, vel illius Ecclesiæ temporale respicit, & propterea per Papam remitti potest, cap. suggestum. de dec.

Papa non potest dispensare quod decima in totum non soluantur.

Papa an valeat dispensare contra Ius Naturale: sed primo quid sit Natura, ex Aristotelis sententia declaratur.

CAP. XII.

Natura quid sit.

VT facilior huius quęstionis resolutio appareat, primo quid sit Natura venandum est. Aristoteles in 2 Physic. tex. com. 3. sic eam definiuit. Natura est princi-

piumⁿ

pium alicuius, & causa mouendi, & quiescendi in eo, in quo est, primum, & per se, & non secundum accidens.

At dicetis; absolutum non debet diffiniri per respectiuum, cùm deffinitio debeat esse ex prioribus: respectiuum autem non est prius absoluto, imò est posterius; sed Natura est quid absolutum, scilicet, forma, & materia. Principium autem est quid respectiuum, cum dicatur ad principiatum: quare hæc deffinitio subsistere non potest. Prçterea, quandocunque inferius coniungitur imediatè suo superiori est nugatio, vt dicendo animal homo, vt habetur primo elenco. Sed in hac deffinitione dicitur principium, & causa; causa est quid inferius ad principium: omnis enim causa est principium, sed non conuertitur, V. meta c. de principio, igitur in ista diffinitione est nugatio, & talis diffinitio non est bona, 6. topi. quare, &c. Accedit, quòd idem non est principium, & causa oppositorum: idem enim in quantum idem non est natum nisi facere idem. 2. de gene. tex. com. 52. sed motus, & quies sunt opposita, 5. physic. tex. com. 20. ergo natura non est principium motus, & quietis. Demum omnis bona difinitio debet competere cuilibet contento sub deffinito 6. topic. Sed ista diffinitio non omni naturæ competit; quia natura cæli nõ est principium quietis, cùm ipsum cælum perpetuò moueatur; vt dicitur 8. physic. tex. com. 52. quare, &c.

Definitio ex prioribus esse debet.

Natura an sit principium motus & quietis.

Cælum perpetuò moueri.

Verum huiusçemodi instantiæ minimè negotium faciunt, Nam ad primam respondetur, quòd illud, quod est penitus absolutum & quantum ad suam essentiam, & quãtum ad rationem subiecti, qua intelligitur, & significatur, per respectum diffiniri non debet: Sed quod est absolutum secundum illud, quod est: tamen intelligitur, & significatur sub aliqua habitudine, seu respectu, per illum respectum diffiniri potest: & sic est in proposito, nam licet Natura secundum sui essentiam sit quoddam absolutum, scilicet, materia, & forma substantialis: tamen hoc nomen natura significatur, & intelligitur in respectu, & in habitudine ad motum, & quietem: & iste respectus, seu habitudo exprimitur per hoc, quod dicitur principium,

Naturę nomen quomodo intelligatur.

pium, & causa mouendi &c.

Natura diuersis modis est principium & causa motus in diuersis rebus nālib'.

Ad secundam respondetur, quòd si inferius imediatè superiori inutiliter addatur, sic est nugatio: aliter non; mo do sic non est hic: quia dicitur principium, & causa, ad significandum quod non eodem modo, sed diuersis modis ipsa natura est principium, & causa motus in diuersis rebus naturalibus.

Natura quō sit causa & principium motus, & quietis.

Ad tertiam respondetur primo, quòd idem non est causa oppositorum eodem modo, & æquè principaliter: sed diuersimodè potest esse & vnius principaliter, & alterius secundariò, id est, mediante primo: Natura enim est principium motus magis principaliter, & prim . sed ipsius quietis non ita principaliter, sed mediante motu.

Oppositorum non censetur esse vnum & idē principium.

Vel secundo respondetur, quod vnum & idem non est principium oppositorum. Verum est principium actiuum per se, & imediatum præcipuè in subiecto eodem modo disposito: sed idem potest esse principium receptiuum oppositorum, successiuè ea recipiens: modo sic diffinitio Aristotelis intelligenda est, quòd Natura est principium receptiuum motus, & quietis, ita tamen quòd ista non recipit simul, sed successiuè, quamuis ad motum, & quietem aptitudines simul habeat.

Quies duplex est

Vel tertio respondetur, quòd duplex est quies; vna est quies in termino a quo, & ista opponitur motui: & sic non intelligitur, quòd eadem Natura sit principium motus, & quietis, vt natura, quæ est principium motus a sursum in deorsum, non est principium: & per se principium quiescendi sursum; similiter autem & in aliis; Alia est quies in termino ad quem: & ista non dicitur opponi motui, sed est perfectio motus, aut consequens ipsam motus perfectionem: & sic natura eadem est principium motus, & quietis: nam eadem est natura, qua graue mouetur deorsum dum est sursum: & principium, quo quiescit deorsum, dum est in loco deorsum.

Naturam esse principium motus, & quietis quō intelligatur.

Ad postremam respondetur, quod ista deffinitio debet intelligi in his, quæ mouentur, & quiescunt; videlicet, quòd Natura est principium motus, & quietis existens in eo, in quo est motus, & quies. In illis autem, quæ solum

ſum mouentur, natura eſt principium duntaxat motus. Corpus autem cęleſte ſolum mouetur, & non quieſcit.

Nec irrationabile videtur, quòd aliter diffiniatur natura cæli, quàm natura iſtorum inferiorum: quia natura etiam non vniuocè dę iſtis, & de illa, ſed ęquiuocè, vel analogicè dicitur. Nam corruptibili, & incorruptibili ſubſtantiæ non eſt aliquid commune omnino vniuocum, vt patet in x. metaph. t. c. 26.

Referuntur variæ Naturæ Definitiones traditæ a Iureconſ. ac eædem explicantur. CAP. 13.

VErum omiſſa philoſophi diffinitione, quomodo Iuris Pontificii, ac Cæſarei Interpretes Naturam diffinierint, videamus. Gloſ. in cap. ius naturale 1. diſt. ſic eam deffiniendam cenſuit; Natura eſt vis inſita rebus, ſimilia ex ſimilibus procreans.

Nãm qualiter definiant iuris Pontificij & Cæſarei interpretes.

Pro cuius explicatione obſeruandum eſt, quòd Natura ſecundum Iuriſperitos multis modis ſumitur. Nam quædam eſt natura naturans, & hæc eſt Deus, vt not. gloſ. in l. i. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur. Et hanc philoſophi Naturam vniuerſalem appellant. Quædam eſt Natura naturata, quam philoſophi naturam vocant particularem, vt homo, cælum, vel aliud agens. Et hæc natura in ſtrictiſſima locutione dicitur forma, vel materia, & quatenus forma principium actiuum; & quatenus materia principium dicitur paſſiuum, ſeu receptiuum. Inſuper forma rem naturalem in actu; materia ſolum in potentia ponit: & hinc forma eſt magis natura, quam materia, vt aſſerit Auer. in 2. de ani.

Natura ſecundũ Iuriſperitos multis modis ſumitur.

Natura vniuerſalis quę.

Natura particularis.

His præacceptis: Gloſæ verba ſic exponenda ſunt; quòd forma rei naturalis eſt, quæ ſibi ſimile gignit, id eſt, generat compoſitum naturale in virtute formæ: ut homo generat hominem, equus equum, & ſic de ſingulis. Cùm igitur Gloſ. inquit, quòd Natura eſt vis inſita rebus; ponit vim pro forma, quia ipſa eſt quæ ſibi ſimile gignit, vt forma ligni lignum, forma hominis hominem generat.

Intell. gl. in c. ius nãle, 1. diſt.

Forma rei nãlis dicitur, qua ſibi ſimile gignit.

Azo autem in princ. Sum. Cod. aliam aſſignat diffinitionem,

Natura secundũ Azonem est existentia subiectorum producens accidentia secundum proprium esse.

nem, quæ talis est; Natura est existentia subiectorum producens accidentia secundum proprium esse. Quæ diffinitio subsistere potest, nō capiendo formam strictissimè pro vt est sola forma, & materia; nam tunc definitio non esset bona; quia esset dicere, quòd ipsa forma esset subiectum, quod verum non est; quoniam forma materiam præparat, & tandem in materia præparata formam inducit, compositumq; fieri conspicitur. Non est itaque verũ, quòd natura sit existentia terminorum, sed bene est illud cum materia simul, per quæ omnia subiecta existunt. At capiendo Naturam pro compositis, (vt diximus) naturalibus, vera esse potest, dum ait, quòd Natura est quædam existentia subiectorum producens &c. diffinitur enim Natura pro vt est in compositis naturalibus, quæ materia, & forma existunt cap quod vero non formatum 32.q 2. cap. corpus & cap. panis de consecra dist. 2.

Accidentia rerũ nãlium dicũtur motus & quies, graue & leue, calidum & frigidum, & huiusmodi.

Accidentia artificialia rerum nãlium qua dicantur.

Et dum subdit; producens accidentia secundum proprium esse. Obseruandum est, quòd accidentia rerum naturalium dicuntur motus, & quies, grauitas, & leuitas; caliditas, & frigiditas; Modo si est ignis, qui generet ignem, talis existentia producit accidentia secundum essentiam ignis, leuitatem scilicet, & caliditatem. Item dicũtur accidentia artificialia rerum naturalium cum per artem rebus naturalibus sic, vel sic ordinari accidit, l. si conuenerit §. si quis cauerit. ff. de pigno. act. Sed talis ordinatio non potest esse nisi in patiente disposito. cap. ad dissoluendum de desponsa. impube. vt videlicet ex ferro, & non ex ligno ensis, vel gladius per artem fiat Et proinde rectè dixit Azo, producens accidentia secundum propriũ esse.

Creatura triplex.

Hæc autem Natura, prout in homine consideratur, instinctus est, & propensio quædam, quę multiplex esse potest; Homo enim de duabus participat naturis, videlicet, de perpetua, & de corruptibili: Nam triplex est creatura, Spiritualis, siue Angelica, quas philosophi substantias separatas appellant, nos vero Angelos vocamus. Alia est corporalis, siue mundana, vt omnia animalia bruta.

Et

Et alia est humana, idest, ex spiritu, & corpore constās cap. 1. de sum. trin. sicut ergo homo tertiam speciem, mixtam scilicet, habet, ita plurima iura naturalia in se habere videtur.

Nam vt particeps est substantiæ corruptibilis, habet ius illud naturale, quod est commune omnibus animalibus corruptibilibus: intelligitur tamen de generibus singulorum, non de singulis generum: quia licèt de iure naturali sit procreare, tamen aliqua sunt animalia, quæ minimè procreant, non tamen ob id hoc ius est minus naturale, vt not. glos. in l. 1. §. ius naturale. ff. de instit. & iur.

Homo vt particeps substantiæ corruptibilis habet illud ius naturale, quod est cōmune omnibus animalibus corruptibilibus.

Animalia reperiri, quæ minimè procreant.

Quatenus autem homo habet quoddam ius tantum commune ratione cum substantijs separatis, siuè Angelis, tale ius dicitur naturale diuinum, vt Deum colere l. veluti. ff. de iust. & iur. quod quidem ius diuinum diuersimodè, pro vt hominum status diuersi fuerunt, promulgatum fuit. Primum fuit promulgatum in statu innocentiæ ante peccatum primi parentis, vt latriam, bonumq; honoris, & obedientiæ, quæ Deo, & Iustitiæ deberetur, haberet. Et ob id data ei fuit lex, vt de fructu scientiæ boni, & mali non comederet, vt se Deo subiectum cognosceret, & ei debitum honorem redderet. Alia vero iura in statu innocentiæ, & post peccatum ad compescenda hominum delicta prodita fuerunt, & tunc ius naturale diuinum latum fuit: Non furtum facies. Non mœchaberis; pacta seruari. l. 1 ff. de pact. & quempiam non debere cum aliena iactura locupletari. l. nam hoc natura ff. de cond. indeb.

Homo quando dicatur habere ius nāle diuinum.

Ius diuinum diuersimodè promulgatum fuit, & quando.

Aliud est ius in homine, quod ex rationis dictamine prouenit, & quatenus homo est, non concernens diuina, nec peccata, sed tantum mundana, & corporalia, & hoc si omnium ferè gentium commune sit, ius naturale gentium appellatur: Ex hoc iure inter homines naturalis oritur obligatio; quamuis Doctores in l. si id quod ff. de cond. indeb. dixerint, ex iure naturali omnibus animantibus communi naturalem non oriri obligationem: nihilominus quatenus hoc iure ho-

Ius nāle gentiū quod dicatur.

Obligatio nālis oritur ex iure gētium nāli.

mo vti ratione tenetur, censeo ego, quòd ex hoc naturalis obligatio oriatur: nam cùm homo sit animal ciuile, politicum, atq; sociabile, alteri homini non insidiari naturaliter obligatur; seque etiam cum moderamine tueri tenetur. Quotuplex autem sit hæc naturalis ratio siuè obligatio, not. Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Hoc autem ius gentium naturale fuit duplex. Nam primo fuerunt distincta Dominia, d. l. ex hoc iure. & omnes liberi nascebantur, ac ius illud erat, quod tibi non vis, alteri ne feceris. Sed quia Ninus, (vt supra diximus) fuit primus, qui ius gentium turbare, & aliena occupare incæpit: Et post diluuium, Nembroth; incæpit secundum ius naturale gentium; & orta sunt bella, seruitutes, & manumissiones. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. Denique huiusmodi naturale ius, scilicet, quod est in homine, quando ad aliquid peragendum naturali ratione mouetur, potest esse particulare vnius Ciuitatis, & tunc dicitur ius Ciuile, vel Prætorium, vel Canonicum: Nam largissimè (vt diximus) ius naturale dici potest omne dispositum, ad quod quis naturali ratione, siuè extrinseca excitatione ducitur, & secundum hoc omne ius naturale dicitur, quando ratio naturalis impellit, quod in tribus consistit, scilicet, in preceptis, prohibitionibus, & demonstrationibus. Nam præcipit quod prodest, vt diliges Dominum Deum tuum. Prohibet quod lædit; vt non furaberis. Demonstrat quod conuenit: expedit scilicet, omnia esse communia, id est, tempore necessitatis communicanda, vnam esse libertatem, sua repetere, aliena restituere. Et ex his constat, quid sit Natura, quid Ius Naturale, & quot modis sumatur.

Ius nāle gētium duplex.

Ninus primus fuit, qui ius gentium turbare, & aliena occupare incæpit.

Nembroth post diluuium prim° fuit, qui ius gentium turbare cæpit, ex quo orta sunt bella, seruitutes & manumissiones.

Ius ciuile, canonicum vel prætorium quod dicatur.

Ius nāle quō largissimè sumatur

Solutio Difficultatis. Cap. XIV.

His ita preacceptis, ac explicatis, videamus modo, an Papa contra ista iura naturalia dispensare valeat. Et omissis varijs Scribentium opinionibus; Dicimus ius naturale, quod inest homini, vt homo est, &

Papa an contra ius nāle dispensare possit.

Papa contra ius nāle diuinū minimè dispensare potest.

prout

prout ſolum participat cum abſtractis, quod ius dicitur naturale diuinum, Papam diſpenſare non poſſe, vt ſupra in cap. 11. docuimus.

Quò verò ad illud ius naturale, quod ex ſolo inſtinctu naturali prouenit, quodque cæteris animantibus, commune eſt, veluti comedere, bibere, coire, & educare; licèt in ijs nonnulli dixerint, Papam diſpenſare non poſſe; tamen exiſtimo ego, quòd in habentibus a natura principia, Papa in totum ea tollere non poſſit, ſicut nec alia naturalia iura, quæ immutabilia ſunt, quæ ita dicuntur, quia non variantur ex tempore: nam ſemper animalia comederunt, & comedent, coierunt, & coibunt, educauerunt, & educabunt, & ex naturali inſtinctu iniuriam propulſauerunt, & propulſabunt, ſiquidem principio generi animantium hoc eſt natura tributum, vt ſe, naturamq; ſuam tueatur, l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadru. pau. fec. dic.. Ex cauſa tamen Papa id, ſicut ius diuinum, vt diximus, interpretari poteſt, dando ipſi omnes tres antedictas interpretationes, declaratiuam ſcilitet, reſtrictiuam, & ampliatiuam. Declaratiuam facit, cùm dicit, quòd propulſatio iniuriæ fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. l. 1. C. vnde vi. Similiter cùm declarat, quòd coitus ita moderatè fiat, ne quis in laſciuiam, ſiuè luxuriam prolabatur; & ita de comeſtione, vt veluti animalia bruta neutri obtemperemus, & in gluuiem deſcendamus, iuxta illud Pſal. dicentis, Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus.

Papa contra ius nãle, quod omnibus cõe eſt, minimè diſpenſare poteſt.

Poteſt tamen illud interpretari.

Iniuria propulſatio fieri debet cũ moderamine inculpatæ tutelę.

Reſtrictiuam verò, vt quòd tempore Quadrageſimæ lacticinia, & carnes non comedantur; cap. deniq; 34. diſt. cap. quadrageſima de conſecra. diſt. 5. Et vt condemnatus iuſta de cauſa ad mortem non reſiſtat; quia legitimum aggreſſorem propulſare non licet, l. ſi ſeruus. C. de his qui ad Eccleſ. confug.

Papa quo reſtrictiuè lacticinia, & carnes temporibus debitis prohibere poſſit.

Aggreſſorem legitimum propulſare non licet.

Ampliatiuam, ſeu extenſiuam facit interpretationem, veluti, quod etiam tunc temporibus prohibitis propter infirmitatem carnes comedere liceat. d. cap. Quadrageſima, quòd vir cum vxore coeat nè cum alio fornicaretur

Papa quo caſu ampliatiuè ſeu extenſiuè interpretetur ius diu.

quòd vir filium etiam vltra pubertatem educet, cùm alia animalia illum non educent.

Et ex his infinitę propemodum quæstiones terminari possunt, quarum decisiones principiis naturalibus innitũtur: Et inter cæteras, aliis prætermissis, Quæritur, an Papa appellationem tollere possit. Et respondetur non posse eam auferre quò ad eius substantiam, quia tunc ea est de iure naturæ: Secus quò ad eius formalitatem, cum ea sit de iure positiuo l. vnica. C. de sent. prefect. prætο. Quæ quidem appellatio non omnino pronũciatum extinguit, vt perperam nonnulli Moderni Patauini arbitrantur: Id tamen perimit ratione præsentis status, vt interim exequi non possit; propterea quòd appellatio duos parit effectus, Deuolutiuum ad quem, suspensiuum a quo: non autem tertium parit effectum penitus extinctiuum sententiæ appellatæ: nam deserta appellatione, sententia, dempto impedimento, vires suas assumit, vt exequi possit, quæ tamen si extincta fuisset, amplius non reuiuisceret l. qui res §. aream. ff. de solutio Quod quidem ratione confirmatur. Nam si destructum regeneratur, certum est, quòd in aliquo tempore fuit primo generatum, sit illud tempus, a, cum postmodum regeneratur, in aliquo tempore regeneratur, sit istud tempus, b, Tunc arguo sic. Si idem numero genitum in tempore, a, regeneretur in tempore, b, tunc tempus, a, fiet tempus, b, quia si mensuratum est idem, & mensura eadem esse debet; sed hoc est impossibile. Quoniam tunc præteritum, in quantum præteritum, fieret præsens, & etiam illud regeneratum, in quantum præteritum, fieret præsens, quare impossibile est, sententiam penitus extinctam reuiuiscere. Non ab re igitur asserendum videtur, potestatem Pontificis ab omni regula coarctante absolutam esse, ad quem cuncta maiora tum Ecclesiastica, tum prophana negotia, diuina disponente gratia, referri debeant, vt ab eo disponantur, a quo sumpsere principia.

Papa an appellationem tollere possit.

Appell. esse de iure naturę quò ad substantiam, secus quò ad formalitatem, quia est de iure positiuo.

Appellatio quos effectus producat.

Appell. deserta, sententia vires suas assumit.

Sententia penitùs extincta amplius non reuiuiscit.

Papa potestas ab omni regula coarctante absoluta censetur.

Papa

Papa an nominatione, vel iure successionis sit creandus Cap. xv.

POsteaquam satis diximus quis potestatis spiritualis inuentor extiterit; & cui prima vice collata fuerit: Romanumq; Pontificem Petro succedere in Ecclesiastica Monarchia. Nunc videndum remanet, quo modo ista successio fieri debeat, nùm scilicet nominatione, vel iure successionis

Papa an noiatione, an iure successionis sit creandus.

Futuri Pontificis nominatio, vt aliqui existimarunt, tribus innititur rationibus: primo, quia Beatus Petrus in extremo mortis suæ termino, collectis simul eius fratribus, Clementem manu apprehendit, ac dixit: Ego constituo hunc Clementem Ciuitatis Episcopum cap. si Petrus. 8. q. i. Quod sacræ scripturæ auctoritate Numer. 27. comprobatur; vbi Moyses, qui futurum referebat principem, Iosue successorem elegit: hoc igitur exemplo ante obitũ Pontifex sibi successorem constituere potest.

Papę nominationibus tribus modis consideratur.

Petrus ante mortem Clementem constituit Ecclesiæ Episc.

Moyses Iosue successorem sibi elegit.

Præterea, si Episcopus, qui minorem habet auctoritatem, quàm Pontifex, sibi successorem instituere potest, vt habetur in cap. petisti. 7. q. 2. quanto magis ipsi Pontifici licitũ, concessumq; fuerit nominare, & sua Pontif auctoritate confirmare, qui Pontificatum sit administraturus?

Epi sibi successorem instituere possunt.

Arbitrati sunt alii, hæreditario iure Pontificatum ad aliquem spectare; idq; comprobant antiquæ legis exemplo, cuius Sacerdotium, quod nouæ legis sacerdotii fuit typus, seu figura, in Aaronem, eiusq; filios collatum fuit, in omnibus eius posteris permansurum. Exod. cap. 28. & 29. Quod igitur in veteri lege fuit institutum, & in noua obseruandum videtur.

Pont. an iure hereditario possit ad aliquẽ spectare.

Institutum in l. veteri, an noua sit obseruandũ.

Insuper cum Ecclesiasticus principatus alienus, atquè remotus esse debeat a tyrannide, & ab omni cupiditate, quæ teste Diuo Augustino, charitatis est venenum, censendus est ipse Pontificatus esse naturæ magis consentaneus, & ideò hæreditario iure regendus, atque administrandus.

Princip. Eccles. alienus esse debet a tyrannide, & ab omni cupiditate.

Hæc verò opinio a veritate longè abhorret, quoniam

Papatum assumere tentans per aliam viam quã per electionem, anathema sit.

aduersatur cap. in nomine Domini 23. dist. vbi anathematizatur quicunque alia via, quã per electionem Papatum assumere tentauerit Concludendum itaque videtur magis decere aliquem Pontificem eligi, quàm alia ratione ad Pontificatum ascendere, & hoc iuri diuino, ac naturali congruit: Quod primo probatur per cap. electionem dist. 79. vbi beatus Anacletus inquit: Electionem summorum Pontificum, vel Sacerdotum sibi Dominus reseruauit, licèt electionem eorum bonis sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.

Sacerd. Leuit. cur per rectam lineam fuerit institutum.

Sacerdotiũ Xpi vniuersale dicitur, in quo nõ datur personarum distinctio.

Christus cur de tribu Leui, & nõ de tribu Iuda nasci voluit.

Deinde Leuiticum Secerdotium per rectam lineam fuit institutum, quod solum Aaron, & filii eius, ac posteri, qui ex tribu Leui proficiscebantur, exercere poterant: nam licet ptimus Pontifex sorte eligebatur, non tamen ab alia tribu, quàm a Leuitica designabatur, At Christi Sacerdotium vniuersale est, in quo nulla datur personarum distinctio, & omnes in ipso vnum, idemq; sunt, vt asserit Apostolus ad Galat. cap. 3. quare hac de causa Christus non ex tribu Leui, sed ex tribu Iuda nasci voluit, in qua Moses nullam de Sacerdotibus mentionem fecit, vt scribit idem Apostolus ad Hæb. cap. 7 Itaquè si per successionem Pontifex fieret, & præstituta tribu crearetur, atquè ideo indistinctè Græcus, aut Latinus, seruus, aut Liber Pontifices minimè creari possent.

Sacerd. Christi cur per successionem, non tradatur.

Præterea sicut legale Sacerdotium erat carnale ob successionem carnalem: ita & Christi Sacerdotium tanquã spirituale non per successionem, sed per liberam electionem progredi debebat. Quod confirmatur Apostoli testimonio, relato in cap. translato. de const vbi translato sacerdotio, necesse est, vt translatio legis fiat. Hinc igitur apparet, translatum esse sacerdotium Aaronis in Christum, & ideò translatam esse quoque formam creandorũ Pontificum in Sacerdotium ipsius Christi, quia aliter lex etiam ipsa translata non fuisset: quamobrem ipsi Pontifices in lege Noua successione, aut sorte, vt in veteri, sed electione creari debent: Quin etiam sanctitas, & perfectio quæ præcipuè in tam excelsa, sublimiq; dignitate requiruntur, Pontificem electione, non hæreditaria successione

ne

ne comprobant esse designandum.

Id ipsum confirmatur per cap.licet.8.q. 1. vbi dicitur, eligendum esse sanctiorem,& doctiorem, qui futurus sit Pontifex: at si ille hæreditario iure succederet, fortuitò essent in eodem vitæ sanctitas,& doctrinæ eruditio,cùm sæpenumero accidat,vt qui alteri in Regno, vel principatu hæreditario iure succedit,sit plerumque ingenio hebeti, ac obtuso; nec non sine Dei,ac proximi charitate,iuxtà illud Diui Gregorii in expos. super lib.Regum.Plerũq; enim culmen prælationis accipiunt,qui in charitate Dei, & proximi perfecti non sunt: atque iccirco minimè æquũ est,vt Ecclesiasticus principatus, ac præsertim maximus sorti dubiæ, & incertæ subiiciatur.

Papa cur sit eligendus.

Huc accedit,quòd electio tutior,ac vtilior est; quia iudicium plurium,quàm vnius integrius apparet; nõ enim adeò facile multi queunt vel præmiis irretiri, vel minis absterreri.

Papæ electio cur tutior ac vtilior sit successione.

Denique Pontificis electio est populo acceptior: quare Diuus Hieronymus in d.cap.licet inquit: Consecrando sacerdoti debere etiam populum interesse, vt omnes videant,& sciant virtuti additum patere ad amplissimum supremi Pontificatus gradum. Hinc Ecclesiasticam Monarchiam beatiorem futuram esse perperam Ioannes Bodinus existimat,si iure legitimæ successionis, non electionis huic,illi uè traderetur. Ita enim Christus in sua instituenda Republica minus vidisset,quàm Bodinus, paterentq; fores amplexibus carnalibus vt cælibatus abiret.

Papæ electio populo acceptior quã successio.

Diluuntur argumenta, quæ afferebantur ab initio. Cap. xvi.

NEc aduersæ Rationes negotium faciunt. Ad primã enim desumptam ex cap. si Petrus.8.q.1. Respondeo primo,quòd quamuis Petrus Clementem sibi in Pontificatu successurum eligere potuerit, quem timentem Deum,amatorem proximi, & pluribus ornatum virtutibus agnouerat: eoq; magis quòd lex nulla huic electioni repugnabat: attamen prospiciens Clemens electionis,Li

Clemens Pont. cur iura successionis in Pontificatu recusauerit

nus

nus institutionē malum posteris præbituram exemplum, vt alter alterum sibi in Pontificatu successurum eligeret, electionis iura recusauit, & in ipsius locum Linus communi omnium consensu electus fuit; & post illum Cletus; post quem demum & ipse Clemens fuit electus, qui in prima electione fuit Pontifex secundus, in secunda quartus: Et hinc versus ille de ipso Clemente canitur.

Disputat hic Mundus, quartus fuerit vè secundus.

Petri sententia Clemente a se electo in Episcop. Ecclesia.

Secundo respondetur, magis credibile esse, Petrum Patribus proposuisse eligendum Clementem, quàm suum successorem elegisse, ac potius significasse quid de eo sentiret, quàm illum futurum Pontificem confirmasse, quare mortuo Petro, in eius solio Fratres Clementem constituerunt, qui ipsorum fratrum consensu Pontificatu se abdicauit, & in eius locum Linus fuit electus, vt superius dictum est.

Clemens Pontif. recusat, & in eius locum Linus eligitur.

Ad confirmationem ex cap. 27. Numer. depromptam dupliciter respondetur; primo nihil ad rem facere Moysis exemplum; quia non summum sacerdotem, de quo loquimur, sed populi principem elegit. Tum etiam, quia Moses non propria auctoritate, sed imperio diuino sibi successorem elegit.

Moyses non propria authoritate, sed iussu diuino sibi successorem elegit.

Ad tertiam desumptam ex cap. petisti, 7. q. 2. Negatur, Zaccariam Pontificem Maguntino Episcopo permisisse, vt sibi successorem eligeret: sed illi concessisse, vt Coadiutorem in Episcopatu sibi assumeret, qui post ipsius mortem electus, & confirmatus Episcopus successurus eidem intelligeretur.

Zaccariam Pōt. non permisisse Episc. Maguntino, vt sibi successorem eligeret.

Respondetur præterea, quòd ab Episcopatu ad Pontificatum non valet argumentum: quoniam Pontifex multa ad Episcopatum pertinentia immutare, & innouare potest, quod de rebus ad Pontificatum spectantibus facere non valet, quamuis etiam Pontifex aliquibus eligendi facultatem præbeat, nihilominus aliorum consensus desideratur. d. cap. licet.

Argumentū ab Episc. ad Pōtif. non valere.

Ad Rationes verò alterius opinionis, nempè ad primam desumptam ex antiquę legis exemplo. Dicimus, quòd & si in ipsa prisca lege id fuerit obseruatum, atq; etiam nunc

nunc in fecularibus dignitatibus, vt filius patri fuccedat, obferuetur; non tamen idem in Nouæ legis facerdotio concedendum eft, ficuti etiam nec ad Pontificatum coniugatus ratione conditionis, & ftatus admittitur; quoniã ad Summum Pontificem fpectat in primis cura rerum diuinarum, non ad vxorem, & liberos pertinentium. Hinc translato Sacerdotio, vt idem ait Apoftolus, neceffe eft legem quoq; ipfam transferri: quare ab Euangelij tempore, id eft, ab inftitutione noui Sacerdotij fecundum ordinem Melchifedech translata eft Lex, adeò vt non hæreditario fanguinis iure, fed fpiritus fucceffio Sacerdotum emanet: atq; hi, qui magis Chriftum imitantur, in Sacerdotio potius fuccedere debent. Quamobrem interrogatus Petrus à Chrifto, Simon Ioannis diligis me? quam primum fubfequitur Græcis commiffio, cùm dicit: Pafce oues meas: & reliqua. Ex quibus conftat, illum, qui magis dilexiffet Chriftum, in eius locum fucceffiffe, & Caput Ecclefiæ Sanctæ meritò extitiffe. Hinc igitur patet, quòd in lege veteri obferuabatur in creandis fummis Pontificibus, id ipfum etiam nunc obferuandum effe.

Pontif. onera.

Petrus in locũ Chrifti fucceffit, ex quo magis Chriftum dilexit alijs Apoft.

Ad poftremam dicimus, eam nullius effe ponderis, vel momenti: propterea quòd fpirituale vinculum arctius acriusq; eft, quàm carnale, vel naturale, & eò magis hominem Deo coniungit, & connectit, illumq; ab omnibus humanis cupiditatibus ammouet, ac fegregat; tantò igitur magis tenentur Summi Pontifices, fanctæq; Ecclefiæ Paftores diuina præcepta feruare, ab alijsq; feruanda curare, quantò ad ipfos magis bonorum Ecclefiafticorum cura, adminiftratio, ac difpenfatio pertinet, quæ quidem bona eadem pietate, & charitate pauperibus diftribuere debent, qua à diuitibus illa ipfi accepere, quod omnes fancti Sacerdotes obferuare debent, quare inquit Diuus Ambrofius in cap. conuenientior. 23. q. 8. omnia mea pauperum funt.

Vinculum fpirituale arctius eft quàm carnale.

Pont. quo teneantur Ecclefiæ præcepta feruare.

Ad quos spectet Papæ electio. Cap. 17.

Papæ electio ad quos spectet.

RETroactis temporibus Pontificum electiones diuersimodè fiebant: nam aliquando hæ à Clero, & Populo Romano factæ sunt, cap. cum plebs. 63. dist. & cap. in nomine Domini; ibi, Catholicis, atq; Laicis: 23. dist. Demum a Clero duntaxat, sed populo consentiente, nō eligente fiebant, cap. nosce. §. electiones, ver. sed quod populus: 63. dist.

Aliquando autem sæculares Principes, vt Imperator, & alij Pontificem eligebant, cap. Adrianus 63. dist. vel per decretum suum electo, vt ordinaretur, auctoritatem præstabant, cap. Agatho. ead. dist. Et hoc priuilegium eligendi Summum Pontificem Adrianus Papa cum vniuersa Synodo Carolo Magno concessit, volentes insuper, vt omnes Archiepiscopi, & Episcopi per singulas Prouincias vestimentum ab Imperatore susciperent, cap. literis, ead. dist. Ipsumq; priuilegium in personam Othonis Theutonici Regis Leo Papa etiam confirmauit, cap. in Synodo. ead. dist. Nec si Summus Pontifex a Clero Romano eligebatur, sine Imperatoris Oratoribus, siuè Legatis consecrari poterat; cap. 1. & cap. Sancta Romana. ead. dist. Hæc tamen Principum priuilegiá fuerūt personalia, quæ semper in successores Principes renouabantur, cap. in nomine Domini 23. dist. Huiusmodiq; priuilegia durauerunt vsque ad tempora Adriani II. quo tempore talia priuilegia remissa fuerunt: nam ipse electus, extitit spretis Ludouici Imperatoris Oratoribus, ne traheretur in exemplum, vt in futura Summi Pontificis electione Legati Imperatoris expectati deberent, d. cap. Adrianus. 63. dist. Ipsæq; Ludouicus Paschali Papæ illi priuilegio renunciauit, cap. ego Ludouicus. ead. dist. Et ab inde in antea demum elegerunt, & hodie Soli Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales eligunt, d. cap. in nomine Domini. 23. dist. cap. licet. & cap. vbi periculum. de elect. lib. 6 & in Clem. ne Romani eo. tit. Olim tamen cum Cardinales eligere incæpissent, Cardinales Episcopi primo inter se

Adriani summi Pont. decretum circa electionem summi Pont. confirmatum, à Leone Pont.

Papa a Clero Roma. electus sine Imp. legatis consecrari olim minimè poterat.

Priuilegia cōfirmandi summum Pont. per Imp. durauerunt vsque ad tempora Adriani II.

Ludou. Imp. priuil. confirmandi Pont. renūciauit

Card. author: in eligendo summo Pont. qui omnes pares existunt in electione.

se de ea agebant, & deinde alios Cardinales vocabant, vt d. cap in nomine Domini 23. dist. sed hodie ista prærogatiua non seruatur; sed omnes pares existunt: In alijs verò, nempè in sedibus, & vocum præscrutatione huiuscæmodi prærogatiua attenditur.

Cardin. in electione summi Pont. omnes censentur pares.

Quod si obijcias cap. in nouo 21. dist. vbi si Petrus Apostolorum tempore defunctus fuisset, ad ipsos solum Pontificis electio pertinuisset: At Episcopi Apostolorum vicem gerunt, munusq; in ipsorum Episcopatibus obeũt; quare videtur dicendum non ad Cardinales: sed ad ipsos Episcopos spectare summi Pontificis electionem.

Episc. Apost. vicem gerunt.

Hac distinctione huiuscæmodi instãtia facilè soluitur: Apostolorum status dupliciter perpendendus est, primo quatenus Christo, vel Petro eius Vicario assistebant; secundò, quatenus ad prædicandum vniuersæ creaturæ Euangelium mittebantur, teste Dauid psal. 18. In omnẽ terram exiuit sonus eorum, & reliqua. & Matth. in fine sui Euang. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Quod attinet ad primum Apostolorum statum, Cardinales dignitate, & auctoritate illum referunt, quia ipsimet Romano Pontifici Christi in terris Vicario assistunt: Quod ad Euangelii prædicationem pertinet, Episcopi in hoc apostolico munere funguntur: at quia Pontificis electio Pontificali sede vacante non nisi ad Apostolos præsentes, & assistentes spectaret; hinc fit, vt ad Cardinales ipsos Apostolos referentes, non autem ad Episcopos talis pertineat electio, quæ communi Ecclesię vniuersæ consensu ipsis permissa, & concessa fuit. d. cap. licet. de elect. Qua quidem ratione Romanorum quoque Imperatoris electio totius populi consensu tunc Senatoribus, nunc verò Imperij Electoribus demandata, & credita fuerat: Et hoc ipsum eligendi ius Pontifex ipse absque consensu vniuersæ Ecclesiæ Cardinalibus adimere, alijsq; idem tribuere non posset; si quidem esset innouare totum vniuersalis Ecclesiæ statum, qui in Papæ electione pendere videtur.

Apost. status dupliciter consideratur.

Card. Apost. statum referunt dignitate, & authorit. Episco. verò quò ad Euang. prædicationem. Et cur ad Card. non ad Episc. spectet Papæ electio.

Imp. Rom. electio ad quos spectet.

Pont. eligẽdi ius Papa ipse absq; consensu vniuersæ Ecclesiæ Card. adimere non posset.

Quòd si fortè Summus Pontifex è vita discederet, nec Cardinalium quisquam Romæ existeret, quamquam Ho

Ecclesiæ statum in Papa electione consistit.

Papa si decederet non existente Romæ aliquo Cardin. ad quos spectaret electio.

stiens. in d. cap. licet asserat, id minimè eventurum, sic statuente diuina prouidentia: Si tamen eueniret, futuri Pontificis electionem spectare aut ad Romanum Clerũ, qui tunc adesset, aut potius ad Concilium Oecumenicũ. Et quamuis etiam Bald. in l. vbi absunt ff. de tuto & curato. affirmet, hanc electionem ad Patriarcas pertinere: Nos tamen ratione, & consuetudine ducti asserimus nihilominus spectare ad Card. qui & si quàm longissimè absint in remotissimis regionibus, attamen audita Summi Pontificis morte Romam properant, & accelerant, & simul omnes collecti, & congregati in loco, dicto Conclaui, ex ipsis Cardinalibus, non ex Patriarchis, Episcopis, aut aliis decenter, non autem necessario, futurum Pontificem, annuente Spiritus Sancti gratia, vnanimes, & concordes votis omnibus; aut plerisque designant, eligunt, creant, confirmant, venerantur, & vti Christi Vicarium in terris adorant.

Rationem eligendi summum Pontificem per solos Cardinales, esse omnium optimam, & meritò conseruandam. Cap. xviij.

Papa cur per solos Card. eligatur.

QVæ superiori capite diximus, alijs quoque euidentissimis rationibus confirmari possunt: prima itaque ratio ex inductione sumitur. Pontifex enim nec per sortes, nec per carnalem successionem, nec per solius prædecessoris nominationem, (vt diximus) nec ad suffragia populi: nec ad suffragia totius Cleri, vt iam probatum est, creari debet: ergo ad suffragia primorum ex Clero: Tales sunt Cardinales; sunt enim præcipui Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Romanæ Ecclesię.

Card. quales esse censeantur.

Secunda ratio sumitur ex duratione: Nulla enim electionis forma præter istam per solos Cardinales diu durare potuit. Constat enim ab anno 1179. vsq; adhuc semper electos Pontifices a duabus Cardinalium partibus; iuxta decretum Alexandri III. in Concilio Lateranensi promulgatum, relatum in cap. licet, extra de elect. nec tamen tunc electio per solos Cardinales, sed diu antea incæpisse

Papa est eligendus a duab. partibus Card. ex decreto Alex. III.

pisse videtur. d. cap. licet.

Tertia ratio sumitur ab experientia: quia nunquam pauciora Schismata fuerunt, quàm hoc tempore: nam Onuph. in lib. de Pontific. Roma. Schismata viginti nouem in Ecclesia Romana annotauit, ex quibus viginti sex vsque ad Alexandrum, toto reliquo tempore tria duntaxat fuisse narrantur, ex quibus etiam tribus vnum solum Card. vitio accidisse ferunt, nimirum illud, quod Vrbani vi. tempore factum est. Nam quod Ioannis xxij. tempore accidit, ab Imperatore Ludouico iv. excitatum est Postremum verò temporibus Eugenii a Concilio Basiliensi.

Schismata quàm pauca hodierna die respectiue ad tempora praeterita.

Quarta, & postrema ratio elicitur ex forma eligendi, quæ ex omnibus alijs bonis, & legitimis formis temperata est: obseruandum enim est, quinque modis, vt superiori capite tetigimus, Episcopos eligi consueuisse: primus modus fuit, vt ipse Summus Pontifex per se eligeret, qui modus præsertim in nouis Episcopatibus erigendis, nouisq; Episcopis mittendis olim seruabatur. Secundus modus fuit, vt omnes eiusdem prouinciæ Episcopi, vel maior eorum pars, postulato tamen testimonio, & consensu Cleri, & populi eius loci, cui Episcopus dabatur, Episcopum eligerent: Et eodem modo Metropolitani, & Patriarchæ, nec non & ipse Summus Pontifex ab Episcopis vicinis, seu prouincialibus eligebantur, & hic modus antiquissimus fuit, satisq; diu durauit. Tertius modus fuit, vt Clerus, & populus Ciuitatis eligeret. Hic modus fuit in vsu tempore Chrysostomi, Ambrosii, Augustini, Leonis, & Gregorii.

Episc. quinque modis eligi consueuerunt.

Quartus modus fuit, vt Imperatores, & Reges, vel soli, vel cum clero, & populo eligerent. Constat enim, Iustinianum seniorem post recuperatam Italiam noluisse quenquam creare Romanum Pontificem sine sua approbatione, quod seruatum est vsque ad Constantinum iv., qui iuri suorum prædecessorum in hac parte cessit, vt ex Platina, & aliis manifestè colligitur. Constat insuper, Carolo Magno (vt diximus) ius eligendi Romanum Pontificem, aliosq; Episcopos ab Adriano I. & deinde simile ius Othoni a Leone viii. concessum fuisse.

Iustiniani senioris decretum, q nullus crearetur Pont. absq; eius approbatione. Quod seruatum est vsq; ad Constant. IV.

Quintus

Episc. olim eligebatur à solis Canonicis, & Pauiae praesertim hoc seruatū fuisse traditur.

Quintus modus fuit, vt soli Canonici, id est, primarii Clerici, Episcopum eligerent, qui modus inter cæteras ciuitates, Patauij seruabatur, cùm Episcopi eiusdem vrbis electio per eosdem Canonicos, Sacellorum Primicerium, & Diuę Sophiæ, ac Diui Andreæ Præpositos fieret, vt publicis constat documentis, & hunc modum hactenus in multis Germaniæ locis seruari conspicimus. Ex his quinque formis prima in electione Summi Pontificis reperiri non potest: quia non expedit, vt prædecessor successorem eligat: aliquo tamen modo inuenitur, quatenus hæc electionis forma ab ipsius Pontificis decreto manauit.

Secunda reperitur quantum ad id quod in ea pręcipuum erat: nam Episcopi vicini nunc eligunt, vt tunc eligebant, nimirum sex Episcopi Cardinales.

Tertia non reperitur; quia erat omnium maximè incommoda, vt supra ostendimus.

Imp. olim in Papa electione vi ac tyrannide se immiscuerunt.

Quarta nec etiam reperitur: quia quòd Imperatores se electioni miscuerint, id vi, ac tyrannide factum fuisse constat, vt quando Græci Imperatores sine eorum iussu Pontificem creari nolebant, imò etiam nisi pecuniariā summam accepissent. quam consuetudinem tyrannicam fuisse Diuus Gregorius in commenta. Psal.4. pænitentialis affirmat. vel quia Pontifices ipsi id necessarium ad Ecclesiæ defensionem iudicabāt; vt quando Carolo Magno, & Othoni id Pontifices concesserunt.

At nunc nec Imperatores tyrannicè electioni se ingerunt, nec id ad Ecclesiæ defensionem requiritur.

Card. Romę iidem esse videntur, velut Canonici in aliis vrbibus.

Quinta denique reperitur: nam quod sunt Canonici in aliis vrbibus, id pręsbyteri, & Diaconi Cardinales in vrbe Roma esse videntur.

De Forma Papam eligendi. Cap. xix.

Papa electio nūquid alicui formę subsit.

HActenus satis superq; diximus ad quos spectet Papæ electio, nunc de eius forma agendum videtur. De iure itaq; hodierno Pontificis electio nulli formæ subest, quà non seruata, irritetur electio, nisi quòd in ea duarum partium Cardinalium consensus adesse debet, licet aliqua

aliqua de tribus formis cap. quia propter de elect. & cap. vbi periculum eo. tit. in vi. non seruetur. cap. licet. eo. tit. not. glos. in cap. si cui eo. tit. in vi. Sed si alia forma traderetur a Papa, illa vtique seruanda foret, quia papa super futura Pontificis electione, eoq; maximè ipsorum Cardinalium accedente consensu, ius constituere potest, cap. in nomine domini. 23. dist. & d. cap. vbi periculum. de elect. lib. 6.

Papa super futura Papa electione accedente Cardin. consensu constituere ius pot.

Et ideo pro exacta istius electionis notitia obseruandum est, multa in ea specialia concurrere.

Prima specialitas est, quòd licet aliæ electiones capitulariter fieri debeant seruata altera ex tribus formis prædictis allegati cap. quia propter de elect. hæc ut diximus, in papæ electione minimè necessaria videntur, sed quomodocunque constat de voluntate duarum partium Cardinalium, hoc sufficit. Et propterea videbatur iustè defendi Vrbani vi. electio, quod canonica fuisset, licèt nõ facta capitulariter, vel non obstante, quòd in Conclaui per populum Romanum uis illata fuerit.

Secunda est specialitas, quòd licet in aliis electionibus maior pars sufficiat: in ista tamen duę partes consentire debent. d. cap. licet.

Papę in electione duæ partes Cardin. concurrere debent.

Tertia est specialitas, quòd quamuis in aliis electionibus absentes vocari debeant, & olim in papæ electione vocandi erant, d. cap. in nomine domini 23. dist. Hoc tamẽ in Papæ electione hodie non desideratur, sed Cardinales duntaxat, qui sunt præsentes in loco, vbi Papa defunctus est, etiám si sit vnus solus, eligendi auctoritatem habet, aliis non vocatis, expectatis tamen decem diebus, d. cap. vbi periculum de elect. lib. vi. licèt olim post tres dies Papæ obitum immediatè sequentes electio fieri poterat. cap. nullus. 2. 79. dist.

Papæ in electione an Card. absentes sint necessariò vocandi.

Quarta est specialitas, quòd sine alia confirmatione electus statim prælatus est, & propria auctoritate Papatum nancisci potest. d cap. in nomine domini.

Papa statim q est electus, propria authoritate papatum nanciscitur.

Quinta est specialitas, quòd nulla exceptio contra ipsum electum opponi potest. d cap. licet.

Papa statim electo, nulla contra ipsum potest exceptio opponi.

Sexta est specialitas, quod ad augendum numerum Papæ

pæ a maiori parte electo, accessio per alios fieri potest, quod in aliis electionibus non conceditur.

Papę in electione quo proceditur per viā Scrutinij, & quis ordo scrutetur.

Septima est specialitas, quòd cùm in hac electione proceditur via scrutinii, & sic miscendo ea, quę sunt facti, cum his, quæ iuris sunt, tres de quolibet ordine Scrutatores assumuntur, videlicet, vnus Episcopus, vnus alius præsbyter, & alius Diaconus Cardinalis: Et isti vel primo se scrutantur, nè demum cui velint de electis vocem prębeant: Vel tres simili modo scrutatores eliguntur, qui hos Collegii scrutatores scrutantur.

Papa in electione quilibet Cardinalis plures nominare potest.

Octaua est specialitas, quòd quilibet Cardinalis plures nominare potest, nec uis est si dicat, consentio in talem, siuè talem eligo, vt probat tex. in d. cap. licet. dum inquit: electus, & receptus; quia non est vis in ordine nominationis: nam in quocunque loco sit ille, qui nominatus est, siue in ordine quartus, vel sextus a quocunque Cardinali nominetur, dummodo in nominationibus habeat duas partes in vocibus Cardinalium, ille talis Pontifex iudicandus est.

Papę in elect. nō fit collatio meriti ad meritum, sed tantum numeri ad numerum.

Nona est specialitas, quod in tali electione non fit collatio sceli ad scelum, vel meriti ad meritum, sed tantum numeri ad numerum, vt qui duas Cardinalium partes habet, ille fit Papa omni exceptione remota d. cap. licet. Hæc sunt, quæ in Papæ electione de iure præcipua videntur.

Examinatur prima specialitas. Cap. xx.

Papę electio nunquid aliquo casu a maiori parte Cardin. fiat.

VT facilius, quæ superiori capite proposita sūt, intelligantur, operepretium est, primam, & quintam examinare specialitatem: his namque haud negligenter cognitis, faciliori negotio, cæteræ fient conspicuæ. Cùm igitur dictum fuerit, opus esse, vt duæ Cardinalium partes consentiant, dubitari potest, an detur casus aliquis, in quo maior numerus desiderari possit. Ad quod respondetur dari quidem posse, si fortè Cardinales prius inter se statuissent, quòd electus a maiori ipsorum parte Papa censeretur, tunc qui maiorem haberet partem, quamuis duas Cardinalium partes non haberet, vtique Papa intelligeretur,

tur, d. c. licet : ibi : nisi maior concordia interuenerit. Cuius ratio est, quia tunc taliter electus, ab omnibus electus censeretur, not. glos. in cap. si cui de elect. lib. 6. Idem dicimus si omnes ius eligendi in aliquos compromittere consensissent, tunc electus ad huiusmodi compromissarijs Papa diceretur, quia ab omnibus electus censeretur, arg. cap. quia propter. de elect. Sed hoc in casu notandum est, quod compromissum nisi consentientibus omnibus Cardinalibus fieri non posset: quia dissentienti, eo inuito, in voce sua præiudicium fieri non debet, L. Sabinus. ff com. diu. quod secus est, quando fieret lex, quod a maiori parte electus esset Papa: quia in tali lege alicui in voce sua non præiudicaretur, & inde in hac lege consensus duarum partium Cardinalium sufficeret. communis est Scribentium sententia in d. cap. licet. & in d. cap. vbi periculum. & glos. in Clem. ne Romani, in verb. reprobamus. de elect. Et ratio reddi potest; quia quando fit præiudicium aliquibus in singulari, sicut in via compromissi, tunc omnium consensus requiritur, not. in cap. quia propter. de elect. secus si solum Capitulo præiudicium fiat, vt quando statuitur electionem a maiori parte sufficere, cap cùm omnes de const.

Cardin. an ius eligendi Papam in alios compromittere possint

Cardinales an sancire possint, q a maiori parte electus sit Papa.

Verum quia duas præsentium partes sufficere diximus. Dubitatio oritur, qui præsentes esse intelligantur? Cui dubitationi satisfaciendo dicimus, præsentiam, vel absentiam in iure diuersimodè capi: Aliquando enim ille dicitur absens, qui efficatiam sermonis hominis loquentis percipere non potest, l 1. ff. de verbo obliga. Et ideò si duæ Ciuitates ita vicinæ essent, quòd vnus in altera existens alterum loquentem, & stipulantem in altera audire posset, vtiq; talis non diceretur absens, §. item verborum. Inst. de verbo. obliga. Sed in casu nostro ille dicitur absens, qui non est intra vallum, siuè mænia Ciuitatis, vbi electio fieri debet, etiam si in suburbijs adesset, vt in d. cap. vbi periculum. Item præsens, & absens capitur alijs modis, de quibus in l. præsens ff. de procur. & in l. fin. ff de integr. rest. Sed his omissis, dixisse sufficiat, quòd apud duas illorum partes, quæ in ciuitate, vbi debet fie-

Præsentium vel absentium nomine in iure qui veniant.

ri electio, degunt, ius creandi Papam residere videatur.

Cardinales absẽtes ab vrbe Roma in electione Pont. decẽ dieb. expectetur, & quando incipiãt currere.

Et quando diximus, quòd absentes decem diebus expectari debent, dubium est, quando isti dies currere incipiant. Et a morte Papæ eos currere asserimus, d cap. vbi periculum: propter rationem illius tex. videlicet, ob periculum longeuę vacationis Papatus: Nec à tempore scientiæ currere debent: quia paria sunt scire, vel scire debere, & scire posse, iuxta not. per glos. & Doct. in l. quod te. ff. si cert peta. Sed Cardinales præsentes scire possunt, quia moris est, vt de talibus se certiores reddant, & nisi fecerint, sibi ipsis imputetur: quia in his, quę quis indagare tenetur, ignorantia non pręsumitur, cap. cum olim de testi. Accedit, quòd si isti decem dies currunt a morte Papæ occulta, & ignorata, vt not. glos in cap statutum. de præben. lib. VI. quantò magis si manifesta fuerit?

Scire, vel scire debere, & scire posse, paria sũt.

Ignorantia non præsumitur i hus qua quis indagare tenetur.

Electi vox an sit computanda in numero, quando dua partes requiruntur in electione.

Sed adhuc oritur dubium, an in hoc duarum partium numero electi vox computanda sit: prætermissis aliorum opinionibus, dicimus, quòd aut electus non est de numero Cardinalium, vel illorum, qui vocem habent in eligẽdo: vt quia forte extra Conclaue reperiretur, & tunc nemini dubium est, quòd eius vox computari non debet. Aut eligitur Cardinalis, qui vocem habet, & tunc in omni electionis forma, scilicet, vel scrutinij, vel compromissi accessioni locus est: nam cùm ex post facto accessio fieri possit, vt in d. cap. licet. igitur semper electus suæ electioni consentire, vocemq; suam computare valebit. Innocentius tamen IV. in quadam eius extrauag. præcipit, quòd vox electi in duabus partibus non computetur: Sed si duæ partes concordari non possent, tunc ad disposita in d. cap. vbi periculum recurratur.

Examinatur quinta specialitas. Cap. XXI.

Papa electioni an aliqua exceptio opponi possit

NVnc de quinta specialitate agamus, videlicet, an aliqua exceptio contra electum opponi possit. Pro cuius resolutione, Tria in huiusmodi electione considerãda, & perpendenda arbitrámur: videlicet, causam agentem, id est, Cardinales eligentes: Causam materialẽ,

id

id est, ipsum electum: & causam formalem, id est, ipsam electionem. Quòad primam si excipiatur, quòd a Cardinalibus non fuit electus, vel si erant; ipsi intruso consensum non præstiterunt, tunc talis exceptio admittitur, cap. si quis pecuniam. 79. dist. vel si obijciatur, quod duarum partium Cardinalium voces non habuerit: exceptio enim huiuscemodi ab ipso cap. licet. permissa est: Et quãuis in d. cap. omnis tollatur exceptio, non tamen illa, quæ prouenit ex capite eiusdem legis, tollitur, l. 1. & qđ ibi. not. ff. quod vi aut clam. Vel si ei obijciatur, quòd Cardinalium consensum, seu voces habuerit, postquam se in Papatu intruserat, & cùm iam excommunicatus, & ordine Clericali priuatus extiterat. d. c. licet. tunc enim tales exceptiones admitterentur: quoniam vbi iure contra electum, vel contra aliquem actum gestum omnis exceptio tollitur, ibi nihilominus quòd actus ille non fuerit gestus, exceptio semper admittitur. Et ideò cùm omnis exceptio contra eum, qui a duabus partibus fuerit electus, aut receptus, repellatur, non tamen tollitur illa, nempè, quòd non sit, vel fuerit a duabus partibus electus: Nam lex dicit, electum, vel receptum ante omnia; ergo debet constare electum, vel receptum. l. 4. §. condemnatum. de re iud. Hinc Doctores inferunt, quòd si lex, vel statutum dixerit, quòd contra instrumentum, vel sententiam nulla exceptio opponi possit, illa tamen, quòd non sit instrumentum, vel sententia, opponi poterit. l. nõ ignorat. C. qui accus. non pos. objci itaq; potest, quòd non sit electus; vel a duabus partibus non sit electus: vel qui elegerunt, non erant Cardinales: vel quòd prius quam duarum partium Cardinalium consensum habuisset, Papatum vsurpauerat: quia quando, vt diximus, omnes exceptiones a iure tolluntur, quæ sunt ex eadem lege, & capitulo eiusdem legis reseruatę non reijciuntur. Vnde notandum est, quòd si ius perpendit certam formam naturalem, vel positiuam etiam in causa agente consideratam, & inter cæteras omnes exceptiones repellat, tunc si illa forma naturalis, vel positiua ab ipsa lege actũ requirente interueniat, sufficit: & aliæ exceptiones in

Statutum si dicat, q contra instrumenta vel sẽtentiam non excipiatur, poterit tamen excipi, q nõ sit instrumentũ vel sententia.

causa agente ab alijs iuris partibus aliàs competentes repellentur, d. cap. licet. iuncta Clem. ne Romani, de elect. in verb. cæterum.

Et propterea si affuit Cardinalium consensus, qui est actus naturalis; Item duarum partium Cardinalium, quæ est dispositio positiua: vtiq; cæteræ etiam exceptiones Cardinales concernentes; nempè, quòd sint hæretici, excommunicati, vel criminosi reijcientur. Verum si lex requirens simpliciter actum, remouet omnem exceptionem solum ab actu non considerata in aliquo causa efficiente, ita quòd à causa efficiente actum, exceptionem non remouet: tunc omnis exceptio remouens causam agentem ab actu, contra ipsum actum admittitur, etiam si de iure contra actum nulla exceptio opponi possit, & ita loquitur glos. in Clem. 1. de seq. pos. & fruct. Ratio est, quia exceptio inficiens causam agentem, inficit ipsum actum, quã do de ea opponi non potest. Sed si omnis exceptio sit remota non solum ab actu, verum etiam a causa agente, tunc alia exceptio opponi non potest. Et ideo in electione Pontificis admitteretur exceptio, quòd eligentes non erant Cardinales, vel quòd Cardinalium consensum nõ habuit, non tamen duarum partium habuit, quia ista est forma a iure requisita respectu Cardinalium agentium: aliæ autem exceptiones concernentes etiam Cardinales agentes, repellentur, licet ab alijs iuris dispositionibus introductæ etiam si notoriæ forent.

Exceptio inficiens causam agẽtem, inficit ipsũ actum, quãdo de ea opponi nõ potest.

Ex his, quæ hactenus diximus, potest decidi quæstio: an exceptio, quòd electio sit facta per metum in constantem virum cadentem, admitti debeat, vel reddat eam ipso iure nullam: quæ quidem quæstio accidit propter electionem Vrbani VI. ob quam ortum fuit Sacrilegum Schisma, quod plusquam triginta annis durasse Historię perhibent. Et vtiq; electio nulla dici potest: propterea quòd in ea omnis animi libertas in eligendo versari debet, cap. vbi periculum § cęterum de elect. lib. VI. & ibi glos. in ver. electio. Sed electio, quæ est contra, pura dici non potest, quia pura est, quæ est simplex, id est, sine duplicitate, l. prima §. si quis simpliciter. ff. de ver-

Exceptio, q electio Papę sit facta per metũ an admitti debeat. Schisma ortum ex electione Vrbani VI.

Electio coacta, pura dici nõ põt.

verborum obligatio. non est igitur electio pura, vel simplex, aut libera, quæ habet duplicitatem coactionis annexam. Hinc regula iuris est, quòd in his, in quibus liber consensus requiritur, ibi actus per metum gestus nullus censetur, glos. in cap. notificasti. 33. q. v. Sed talis voluntas libera in Papæ electione desideratur, d. §. cęterum; ergo electio coacta nulla est.

Consensus liber ubi requiritur, actus per metũ gestus est ipso iure nullus.

Et quãuis voluntas coacta voluntas sit, cap. meritò xv. q. 1. propositio vera intelligitur in his, in quibus simpliciter consensus exigitur: quia consensus coactus consensus est: secus vbi pura, vel libera voluntas requiritur, sicut in electionibus, cap dilectissimi 8. q. 2. & maximè in Pontificis electione, iuribus supra deductis. Quod auctoritate philosophi 3. ethic. cap. 4. confirmatur; vbi inquit, quòd electio est quid omnino voluntarium, vnde si metus intercedit, non est omnino voluntaria, id est, non est pura, aut libera: & sic cùm non interueniat causa efficiens requisita, & agens debitum desideratum, actus, tanquam carens vera causa efficiente, & vero agente, ipso iure non valet, d. cap. vbi periculum. §. cęterum: dum inquit: Cessat electio, dum libertas adimitur eligendi: Si cessat electio, ergo nulla est. Hinc falluntur Domini de Rota in decis. v. de renunc. in nouis, cùm dixerint, renunciationem beneficii metu factam, tenere. Nisi pro eorum defensione dixerimus, in renunciatione, sicut in electione, non tantam requiri arbitrii libertatem. Quò verò ad exceptiones causam materialem, id est, ipsum electum respicientes, an aliquę opponi possint, reliquum est vt videamus. Et quidem si sunt exceptiones, quæ iure naturali, vel diuino electi incapacitatem concludant, vtique illæ omnes opponi poterunt: secus si de iure positiuo incapacitatem respiciant: Ratio est: quia Papæ electio iuri solum naturali, & diuino, non iuri positiuo, nisi in duobus, vel tribus casibus subiicitur; primò, quod eligatur Papa a Cardinalibus: secundo, quod a duabus partibus Cardinalium: Tertio, vt consensus in ipsum, antequam se intruserit in Papatum, præstetur: & hæc sunt de iure positiuo. Et ideò contra hunc electum obiici potest, quòd non est vir, sed

Voluntas coacta dicitur voluntas

Electio dicitur quid omnino voluntarium ex Arist.

Beneficij renunciatio metu facta an teneat.

In hac propositione falluntur Domini de Rota.

Exceptiones electum respiciẽtes an opponi possint.

Papæ electio iuri naturali & diuino solum subijcitur, non autẽ iuri positiuo, nisi in duob. uel tribus casibus.

mulier, quòd est furiosus, mente captus, vel intellectu carens. Aliæ autem exceptiones, quæ sunt de iure positiuo, ipsum non repellunt; veluti quòd sit bigamus, vel alia quacunque irregularitate notatus, cap. si quis pecuniam 79. dist. vel sit laicus, infamis, Monachus, aut seruus, vel vxoratus, vt asserit glos. in d. cap. si quis pecuniam. Nam Petrus vxorem habuit, & Græci præsbyteri vxores ducunt.

Petrus uxorem habuisse fertur. Presbyteri graci ducunt uxores.

Ex supra deductis facilè etiam colligi potest, quæ exceptiones ex defectu formæ a iure introductæ opponi possint, quæ tres sunt, scilicet, quòd a Cardinalibus non electus: vel a duabus ipsorum partibus, vel quod ipsorū consensum non habuerit, vel intercesserit idem consensus postquàm se in Papatu iam intrusisit.

Exceptiones ex defectu forma contra Papę electionem quęnam opponi possint, et quotuplices sint.

An Pontificalis dignitas possit amitti renunciatione. CAP. XXII.

DEmonstrauimus hactenus, quæ sit forma Papam eligendi; & quæ contra Papæ electionem obiici possint: sequitur nunc vt videamus, an hæc dignitas semel quæsita perdi possit: Et primò dubitatur, si renunciatione amitti valeat: Nec defuerunt, qui eam perdi non posse existimauerint, quorum fundamenta hæc potiora videntur. Primo, Pontificia Potestas est a solo Deo immediatè, cap. 1. 22. dist. & supra cap. 1. satis superq; docuimus: Sed ea, quæ immediate a solo Deo sunt, per aliquem, nisi per Deum, tolli nequeunt; dicente Apostolo 2. ad Timoth. 1. Firmum Dei fundamentum stat, relatum in cap. firmum de pæn. dist. 1. non enim virtus creata superior per virtutem creatam inferiorem tolli potest. cap. cum inferior de maio. & obed. l. nam Magistratus. ff de arbit. Sed Papatus est virtus omni alia superior, ergo per nullum inferiorem tolli posse videtur.

Pontificatus an amitti possit renunciatione.

Papę potestas a Deo immediatè pendet.

Virtus creata superior per creatā inferiorem tolli minimè potest. Votum tolli non pōt nisi a superiore.

Secundo, uotum tolli non potest nisi a superiore, cap. 1. de vot. Sed Papatus est quoddam votum super omnia vota: quia Papa consentiendo Papatui, se Deo obligauit, & curam gregis dominici vniuersalem gerere uouet, qua

Papa consentiendo papatui dicitur se Deo obligare.

re per nullum alium, nisi a Deo absolui potest: se ipsum autem non potest absoluere, nec alteri committere quòd ipsum absoluat: Si non valet se ipsum absoluere, ergo nec renunciare, quia esset se a tali voto absoluere.

Tertio Christi Sacerdotium est in æternum secundum ordinem Melchisedech; quia Christus viuit in æternũ, teste Apostolo ad Hebræ. 10. Sed simplex sacerdos non potest desinere quin sit sacerdos, etiam si deponatur, vel degradetur, cap. degradatio. de pęnit. Ergo & summus sacerdos non potest desinere esse summus sacerdos, quod tamen contingeret, si renunciare posset.

Christi Sacerdotium ab æterno preordinatum.

Quod confirmatur, nam sicut Christus, cuius actio est nostra instructio, cap. cum Christus. de hæret. a se Sacerdotii potestatem non abdicauit: ita Papa pro salute mortalium a se summi Sacerdotii potestatem abdicare non debet. Tum quia consonum non est, quòd quis suæ perfectioni cedat: Tum quia iuri publico, quod in Papatu auctoritate, & vtilitate inest, renunciari non potest. l. ius publicum. ff. de pact. not in cap. si diligenti de for. compet.

Christi actio dicitur nostra institutio.

Iuri publico nemo renunciare vales.

Quorum opinio approbanda non est: primo, quia aduersatur cap. 1. de renunc. lib. vi. secundo idipsum probatur ratione ipsius Papæ renunciantis: nam Papæ officium est intendere animarum saluti, & eas ad diuinum cultum, ac vitam æternam dirigere, cap. i. 16. q. 2. cap. præcipimus. 12. q. 1. sed non est data maior libertas Papæ in his, quæ ad salutem pertinent, & in his, quæ potest euitari salutis detrimentum, quàm cuicunque alteri sacerdoti, immò maior, inquantum ab ipso veluti a capite aliorum, & Ecclesiæ vniuersalis vt in membris dependet, cap. si. Si Papa 40. dist. sed aliis Ecclesiæ Pontificibus ob suam suorũmq; subditorum salutem permittitur quod renuncient in sex casibus, notatis in cap. nisi cum pridem de renun. ergo Papa licitè debet posse in illis casibus, vel eorum aliquo renunciare. Casus verò hi sunt criminis conscientia: corporis debilitas: scientiæ defectus: plebis malitia: graue scandalum: & irregularitas. In primo Marcellinus spontè renuntiauit, cap nunc autem 21. dist. in secundo, & tertio Celestinus, cap. i. de renun. lib. vi. In quarto

Papę officiũ est animarum saluti intendere.

Epi ob suam subditorumq; salutem in quib. casibus renunciare possint e\[x\]patui.

Marcellini renunciatio papatus. Celestini Papa renunciatio.

Clementis renunciatio.

quarto,& cæteris Clemens,& alii ob euitandum schisma tis scandalum Papatui renunciarunt,cap.ecce.7 q.1. Tertio id ipsum probatur ex parte Papatus: vnde obseruandum est,quod per Papatum Petro nihil amplius ordinis, vel eius perfectionis attributum est, quàm alii Apostoli habuerunt; nam,vt diximus, omnes Apostoli a Christo Sacerdotes creati fuerunt,& sic in ordine omnes Apostoli,ac in ordinis perfectione,quæ fit per adeptionem Episcopatus,Petro pares fuerunt. Et ideo omnes Sacerdotes, & præsbyteri in charactere,& ordine sacerdotali in conficiendo Eucharistiam,& corpus Christi,sunt Papæ potentia pares:cap.loquitur.24.q.1.vnde papatus non est nomé ordinis,sed dignitatis,vel officii.cap.puto.2.q.7.Modo argumentor sic. Papatus characterem in anima non imprimit:sed tantum officium,atque dignitatem superaddit: ergo Papatui renuntiari licet: quia iurisdictio augeri,& minui potest:quare & tolli,& ammoueri.

Petrus nunquid plus ordinis vel perfectionis habuerit q̄ alij apostoli.

Sacerdotes oēs quib. casib. sint potentia pares Pontifici.

Papatus est nomen dignitatis & officij,non autem ordinis.

Papatus non imprimit characterem in anima.

Quarto idipsum probatur ex parte finis, propter quē fit renunciatio:nam spirituale coniugium prælati, & Ecclesiæ principaliter bonum publicum,communeq; respicit,cap.disciplinā.45.dist. At si imperitus, vel ineptus renunciare non posset,malum vtique Reipublicæ sequeretur:siquidem non solum seipsum,verum etiam innumerabiles populos secum cateruatim gehennæ mancipio duceret.cap.si Papa.40 dist vt igitur publicum communeq; damnum,siuè periculum euitetur, ridiculum est dicere, Papam renunciare non posse.

Prelati spirituale coniugium bonum publicum ecclesiæ respicit.

Nec nobis officiunt aduersæ Rationes: Non prima, quando dicebatur, Papatus est a solo Deo:ergo ab Episcopo solo tolli non potest. Respondetur, quòd ipsa Papalis potestas aut consideratur prout semper in suo esse, & essentia reperitur,& prout in cælo soluit,& ligat: & hanc immediatè sine hominis ministerio a Deo esse fatendum est: & ideò vniuersalis Ecclesia,Concilium, & Papa nequeunt statuere, quòd Papatus,vel talis dignitas non esset,quin à Christo absque hominis cooperatione inducta fuit. Aliquando consideratur ipsa dignitas, quatenus est in Petro, aut Clemente,aut Celestino: & tunc ista pote-

Papæ potestas qualiter sit consideranda.

stas

ftas non eſt a ſolo Deo, niſi accedente hominis conſenſu, ideſt, ipſius in Papam electi, qui nō eſt Papa anteqnā conſentiat. Et propterea eſt a Deo mediante cooperatione humana in iſto, vel in alio homine, & proindè ſequitur, quòd mediante etiam humana operatione tum in re nunciante, tum in eam habēte deſinere poſſit. Sic enim anima humana, quæ eſt a Deo immediatè per creationē, in aliquo indiuiduo corpore mediante humana operatione reperitur, quia homo hominem generat: & nihilominus ipſa ſola naturaliter, & violenter a corpore ſeparari poteſt: ita & in Papatu fatendum eſt.

Papa votū de gerenda cura animarum qualiter ſit conſiderādū.

Ad ſecūdam ex voto deſumptam Reſpondetur, quòd Papæ votum de gerenda cura intelligitur quandiu in officio præeſt, prout etiam iuramentum eorum, qui Ciuitatem regunt, cap. venerabilem. de elect. vnde poſt renunciationem non extenditur: Et ſi Papatui perpetuò inſeruire uouiſſet, tunc aliqua ex prædictis cauſæ ſubſiſtente, ex qua eius ſeruitium non eſſet populo Dei ſalutare, a tali voto vtiquè recedere poſſet, cap. in malis. 22. q. 4.

Chriſti ſacerdotium quō dicatur æternum.

Ad tertiam, cùm dicebatur, Chriſti Sacerdotium eſt æternum, &c. Reſpondetur, quod Chriſti Sacerdotiū ideò dicitur æternum, quia res oblata in Chriſti Sacerdotio æterna eſt, ſcilicet, ipſe Chriſtus, & eius corpus ſanctiſſimum, idemq; eſt Sacerdos, & ſacrificium, cap. firmiter. §. vna. de ſum. trin Pontificatus verò ex ſe æternus eſt, ſed non quatenus in hoc, vel in illo homine reperitur: quia Papa vnus non ſemper viuit, & proindè in eo Papatus perpetuus eſſe non poteſt.

Pōtificatus qualiter ſit conſiderandus ęternus.

Papa an ex cauſa papatui renūciare poſſit.

Ad confirmationem verò dum dicebatur, Chriſtus a ſe ipſo poteſtatem non abdicauit, quare nec eius Vicarius. Reſpondetur quòd Chriſtus Papatui non renuntiauit, quia cauſa non ſuberat: Non tamen arguendum eſt, quòd ſubſiſtente cauſa eius Vicarius renuntiare non poſſit. Et quamuis conſonum non ſit, quòd quis ſuæ perfectioni cedat: Dicimus, quòd Papatus ex ſe ſummæ eſt perfectionis: ſed in aliquo ratione materiæ, & ipſius operantis, id eſt, ratione ſubiecti, in quo eſt, imperfectio

Papatus eſt ſūmę perfectionis, & quatenus in perfectionē patiatur.

nem habere potest: multi enim sunt, qui perfectionis opera attingere nequeunt, cap. si Paulus 32.q.5. Nec minus officit, quòd iuri publico, quod in Papatu auctoritate, & vtilitate inest, renuntiari non possit, d.l. ius publicum. Quia dicimus, quòd Papatus in se publici iuris est; sed regi magis ab vno, quàm ab alio non est iuris publici. Concluditur itaque, quòd Papa ex causa Papatui renũtiare valet.

An Pontificalis dignitas ob hæresim perdi possit. Sed primo declaratur quomodo Papa posit errare. Cap. xxiij.

Pontifex quatuor modis considerari potest.

VT igitur vim huiusce quęstionis pcipere valeamus, prius accipiẽdũ est, Pont. quatuor modis cõsiderari posse: vno modo vt est persona quædam particularis, siuè Doctor particularis: Secundo ut Pontifex, sed solus. Tertio, vt Pontifex, sed adiuncto consiliariorum solito cętu. Quarto, vt Pontifex, sed vnà cum Concilio generali. Secundo obseruandum est, posse duo quæri de Pontifice omnibus quatuor modis considerato, quando quęritur an posit errare, primo, an ipse hæreticus esse possit: secundo, an hæresim docere valeat.

Papa an posit errare.

Denique annotandum est tertio, sententias, & decreta Pontificum interdum versari in rebus vniuersalibus, quæ toti Ecclesiæ proponuntur; qualia sunt decreta de fide, & præcepta morum generalia: interdum in rebus particularibus, quæ ad paucos pertinent, quales ferè sunt omnes controuersiæ facti, veluti, an talis ad Episcopatũ sit promouendus, an iure fuerit promotus, an videatur deponendus.

Papę decreta in quib. versẽtur.

His prænotatis, tum Catholici, tum hæretici in duobus conueniunt: primo posse Pontificem, etiam vt Pontificem, & cum suo Cardinalium cætu, vel cum generali Concilio, errare in controuersiis facti particularibus, quæ ex informatione, testimoniisq; hominum præcipuè pendent. Secundo, posse Pontificem, vt priuatum Doctorem errare, etiam in quæstionibus iuris vniuersalibus tã fidei, quàm morum, idq; ex ignorantia, vt aliis Doctoribus in-

Catholici & hæretici in quibus conueniant i his in quibus Papa errare potest.

terdum

terdum accidit.

Deindè Catholici omnes in aliis duobus conueniunt, non quidem cum hæreticis, sed inter se duntaxat.

Primo, Pontificem cum generali Concilio non posse errare in condendis fidei decretis, vel generalibus morum præceptis.

Papam cum generali Concilio errare minimè posse in condendis fidei decretis.

Secundo, Pontificem solum, vel cum suo particulari Concilio aliquid in re dubia statuentem, siuè errare possit, siuè non, esse ab omnibus fidelibus obedienter audiendum.

Quibus ita constitutis: quatuor tantum remanent opiniones.

Prima est, Pontificem etiam vt Pontificem, etiam si cum generali Concilio aliquid definiret, posse esse hæreticum in se, & alios hæresim docere: & de facto aliquando ita accidisse. Hæc est; hæreticorum omnium, & præcipuè Lutheri opinio in lib. de conc.

Papa qualiter possit hæresim alios docere.

Secunda opinio est: Pontificem etiam, vt Pontificem, posse esse hæreticum, & hæresim docere, si absque generali Concilio definiat, & de facto aliquando accidisse. Hanc opinionem multi sequuntur, & præsertim Alphons. de Castro lib. 1. cap. 2. contra hæres.

Tertia opinio est in alio extremo: Pontificem non posse ullo modo esse hæreticum, nec publicè hæresim docere etiam si solus rem aliquam definiat. Ita Albertus Pighius lib. 4. Hierarch. Eccles. cap. 8.

Papã nullo modo posse esse hæreticum, ét si solus rem aliquã definiat.

Quarta opinio est quodammodo in medio, Pontificem, siuè hæreticus esse possit, siuè non, non posse vllo modo, aliquid hæreticum definire a tota Ecclesia credendum. Hæc est ferè omnium Catholicorum opinio, referente Turrecremata lib. 2. sum. cap. 109.

Papã nullo modo posse aliquid hæreticum definire.

Ex his quatuor opinionibus.

Prima est hæretica.

Secunda non est propriè hæretica, nam adhuc, qui illam sententiam sequuntur, ab Ecclesia tolerari videmus; erronea tamen, & hæresi proxima omnino videtur.

Tertia probabilis est, non tamen certa.

Quarta certissima est, & asserenda: Ac vt ea facilius

intelligi, & confirmari posſit, nonnullas propoſitiones ſtatuemus.

Papa i his quæ ad fidem pertinent, nullo caſu errare poteſt.

Sit igitur Prima propoſitio: Summus Pontifex cùm totam Eccleſiam docet, in his, quæ ad fidem pertinent, nullo caſu errare poteſt. Hæc eſt contra primam, & ſecundam opinionem pro quarta. Probatur tum ratione, tum experimento, ratione quidem ex nomine Petræ, quare enim Pontifex dicitur petra niſi ratione conſtantiæ, & ſoliditatis? certè ſi petra eſt, non frangetur, nec omni vento doctrinæ circunfertur, ideſt, non errabit in fide ſaltè quatenus petra, ideſt, quatenus Pontifex eſt. Experimento quidem, eoq; duplici: Nam in primis conſtat omnes Patriarchales ſedes a fide defeciſſe; ita vt hæretici, & hæreſim profitentes, ac docentes in illis ſederint excepta Romana ſede. Alterum experimentum eſt, quoniam plurimas hæreſes Romanus Pontifex ſine Concilio generali damnauit, vt Pelagii, Priſcilliani, Iouiniani, vigilantii, aliorumq; multorum, quas eo ipſo pro veris hæreſibus tota Chriſti Eccleſia habuit, & exhorruit, quòd a Romano Pontifice damnatæ eſſent. quare ſignum eſt, Eccleſiam totam ſentire, Pontificem Romanum in eiuſmodi rebus errare non poſſe.

Papa cur dicatur petra.

Sedes patriarchales oẽs defecerunt a fide excepta Romana ſede.

Papa ſolus abſque Concilio generali hæreſes damnare pōt.

Papa non ſolũ i decretis fidei, ſed nec in præceptis morum errare poteſt.

Secunda propoſitio hæc eſt. Non ſolum in decretis fidei Summus Pontifex errare non poteſt, ſed neque in pręceptis morum, quæ toti Eccleſiæ præſcribuntur; & quæ in rebus ad ſalutem neceſſariis, vel in his, quæ per ſe bona, vel mala ſunt, verſantur. Ac vt totam propoſitionem exemplis declaremus; Non poteſt fieri ut Pontifex erret præcipiendo aliquod vitium, vt uſuram; vel prohibendo virtutem, vt reſtitutionem: quia hæc ſunt per ſe bona, vel mala: Nec fieri poteſt, vt erret, aliquid contra ſalutem præcipiendo, vt Circuncifionem, vel ſabbatum; vel aliquid ad ſalutem neceſſarium prohibendo, vt baptiſmum, aut Euchariſtiam; licet hęc non ſint per ſe bona, vel mala.

Papa q nō poſſit errare in pręceptis morũ probatur authoritate Iohannis 16.

Probatur iam propoſitio, & primo quod non poſſit Papa errare in præceptis morum ad ſalutem neceſſariorum, quia tunc tota Eccleſia grauiter læderetur, & in rebus ne-

necessariis erraret, quod est contra Domini promissionẽ Ioan. 16. Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Secundo, quia tunc Deus Ecclesiæ suæ in necessariis deesset: quandoquidem ille pręcipit, vt Pontificem sequatur, & Pontificem in necessariis errare permittit. At certè si Deus nulli rei in necessariis deest, quantò minus Ecclesiæ suæ deerit? *Deus Ecclesię suæ nunq̃ deest.*

Quod aũt Pont. in moribus p se bonis, vel malis errare non possit, probatur: Nã tunc Ecclesia verè sancta, vt apostolicũ testatur symbolũ, dici non posset, si quidem sancta potissimum ob sanctã professionẽ, quia nimirum legem, & professionẽ sanctã profitetur, quę nihil docet falsũ, nihil præcipit malum, iure merito nuncupatur. Præterea, quia tunc etiam circa fidem necessariò erraret. Nam fides Catholica docet, omnem virtutem esse bonam, omne vitium esse malum; Si autem Papa vitia præcipiendo, vel virtutes prohibendo erraret, vtique Ecclesia vitia esse bona, & virtutes esse malas, nisi contra conscientiam peccare vellet, credere teneretur. *Ecclesia cur Sãcta dicatur.* *Fides catholica quid doceat.*

Tertia, & vltima propositio hæc est; Summum Pontificem, non solum vt Pontificem errare non posse, sed nec etiam vt particularem personam hęreticum esse, falsum aliquid contra fidem pertinaciter credendo, probabile est, pieq; credi potest. Probatur; tum quia suauis prouidentiæ Dei dispositio id requirere videtur, cùm Dominus dixerit: Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, id est, vt saltem non deficiat in throno tuo prædicatio veræ fidei: at quomodo quæso hæreticus Pontifex fratres in fide confirmabit, & veram fidem semper prædicabit? tum etiam ab euentu: nam hactenus nullus fuit hæreticus, vel de nullo quidem probari potest quòd hæreticus fuerit: quare signum est, id esse non posse: propterea falsò a Magdeburgensibus Cent. 2 lib. 2. c. x. errores Romanis Pontificibus, Petro scilicet, Lino, Anacleto, Telesphoro, Victori, Zepherino, Vrbano, Pontiano, Cornelio, Marcellino, Liberio, Felici II. Siricio, Innocentio, Honorio I. Gregorio VII. & aliis ascribuntur. *Papam non solum ut Papam errare nõ posse, sed nec ut priuatum.* *Papam nullum hactenus fuisse hæreticum.*

Nec

Papa an possit a fide deuiare.

Nec officit si dicatur: multi Canones docent, Pontificem, nisi a fide deuius inueniatur, iudicari non posse, quare a fide deuiare potest, alioquin frustra essent illi Canones. Antecedens patet ex can. si Papa. dist. 40.

Intellectus Can. si Papa. dist. 40

Nam respondetur primo, hunc, & similes Canones loqui de errore Pontificis personali, non iudiciali. nam Pontifex si possit esse hæreticus, solum erit negando aliquá veritatem antea definitam; non autem hęreticus esse potest, dum ipse aliquid noui definit, tunc enim contra aliquid ab Ecclesia definitum minimè sentit. Canones autem allegati de hæresi expressè verba faciunt, igitur non de Pontificis errore iudiciali, sed personali loquuntur.

Secundo respondetur; Canones illos non velle dicere, Pontificem etiam vt priuatam personam errare posse: Sed tantum non posse Pontificem iudicari: quia tamen non est omnino certum, an Pontifex hæreticus necnê esse posit, propterea ad maiorem cautelam conditioné illam: nisi fiat hæreticus, addere censuerunt.

Solutio Difficultatis, an Dignitas Pontificia posit amitti propter hæresim. Cap. XXIV.

Papa hæreticus manifestus per se desinit esse Papa, & ab ecclesia iudicatur

HIs ita constitutis, Hæc formatur Conclusio; Papam hæreticum manifestum per se desinere esse Papam, & caput; sicut per se desinit esse Christianus, & corporis Ecclesię membrum: quare ab Ecclesia posse eum iudicari, & mulctari. Fundamentum huius Conclusionis est, quoniam hæreticus manifestus membrum Ecclesiæ nullo modo dici meretur, id est, neque animo, nequè corpore: neque vnione interna, nequè externa: Nam Catholici etiam mali vniti sunt, & membra reputantur animo per fidem, corpore per confessionem fidei, & visibilium Sacramentorum participationem: Hæretici occulti sunt mébra externa solum vnione: Sicut è contra, boni Cathecumeni interna tantum vnione de Ecclesia censentur: Hæretici manifesti nullo modo, vt iam probatum est. Adde, quòd esset miserrima Ecclesiæ conditio, si Lupû manifestè grassantem, pro Pastore agnoscere cogeretur,

Hęreticus manifestus nullo modo dici pôt mébrum ecclesia.

cap.

cap.si Papa.40.dist.cap.Anastasius. 11. dist. Hinc tantus est fidei fauor, quòd si occulta etiam sit eius hæresis, de ipsa accusari valeat, vt not.glos. in d. cap. si Papa. Nam & huiusmodi delictum manifestum dicitur quantum ad hoc vt accusari possit, cap. eorum.11.q.3. Et tunc præcessoris Papæ sententia innodatur, & in Canonem latæ sententiæ incidit, cap. Achatius, el primo 24.q.1. Et ratio est, quia Papa hæreticus minor est quolibet Catholico, cap. scimus 12.q.1. Ipsoq; iure Papatū amittit, quia vt Diabolus condemnandus est, cap. principium, de pæn. dist.2. Et duo testes sufficient, vt dicit glos. in cap. Præsul, 2.q.4. Et iure ita statutum est, quia ipse est caput Ecclesiæ; vnde deuiando a fide, mortuus reputatur, quia iustus ex fide viuit; igitur non poterit in alijs Ecclesiæ membris vitam influere, & per consequens caput corporis viuī, quod est Ecclesia, esse non poterit: Siquidem vitæ principium est in capite, quo languescente, reliqua corporis membra inficiuntur, cap. verum.6.q.10. Estq; hæreticus ab Ecclesia præcisus, sicut ramus ab arbore sine stipite, qui continuò arescit; de quo Ioan.15. Siquis nō manserit in me, mittetur foras, & arescet. Et ideò de huiusmodi crimine nedum accusatur, sed cum eum in hæresim constat incidisse, ipso iure damnatus est. d. cap. Anastasius, & cap. si his 11. q. 2.

Papa hæreticus minor est quolibet catholico, & vt diabolus condemnandus est.

Caput dicitur vitæ principiū, quo languescente, reliqua membra inficiuntur.

Propterea decipitur Caietan⁹, qui in tract. de auct. pap. & Conc. c. 20 & 21. censuit, Papam hęreticum manifestū non esse ipso facto depositū, sed ab Ecclesia fore deponēdū. Cuius opinio tueri non potest. Nā præter rōnes supra deductas, tum alia ratione, tum auctoritate probatur. Auctoritas est beati Pauli, qui in Epist. ad Titum. 3. iubet hęreticum post duas correptiones, idest, postquam pertinax manifestè apparet, vitari; quod intelligit ante omnem excommunicationem, & sententiam iudicis, vt ibidem Hieronymus scribit, vbi inquit; alios peccatores per sententiam excommunicationis ab Ecclesia excludi: hęreticos autem per se discedere, & præcidi a corpore Christi: ac Papa manens Papa vitari non potest; quomodo enim caput nostrum vitabimus? quomodo a membro nobis cō

Caietanus decipitur in materia Papę hæretici.

iunćto recedemus? Ratio verò & quidem certissima hęc est; Non christianus vllo modo Papa esse non potest, vt Caietanus fatetur in eodem lib.cap.26. & ratio est; quia id non potest esse caput, quod non est membrum, & is non Ecclesiæ membrum, qui Christianus non est. At hæreticus manifestus non est Christianus, vt apertè docent Cyprianus lib.4.Epist.2. Athanasius serm.2. contra Arrianos. Augustinus lib. de gratia Christi, cap. 20 Hieronymus contra Luciferanos, & alii. Hæreticus igitur manifestus Papa esse non potest. Quod si Caietanus responderit, prout in dicto tract.cap.22. respondere videtur (Hæreticum non simpliciter, sed secundum quid, esse Christianum, propterea quòd cùm duo christianum efficiant, fides scilicet, & character; hæreticus amissa fide, adhuc characterem retinet, & ratione illius adhuc aliquo modo Ecclesiæ adhæret, & capax est iurisdictionis: proindè adhuc est Papa, sed deponendus: quia per hæresim est depositus depositione vltima ad non esse Papam, qualis est homo, non quidem mortuus, sed in extremis constitutus.

Papa nullo mō esse pōt nonChristianus.

Hæreticus manifestus christianus esse nō pōt.

Hæreticus Papa esse nō pōt.

Christianū efficiunt fides & character.

Responsio prædicta nullius est roboris: nam in primis si ratione characteris hæreticus cum Ecclesia coniunctus actu maneret, nunquam ab ea actu præcidi, & separari posset, quia character indelebilis est: at omnes fatentur, quosdam ab Ecclesia de facto præcidi posse igitur character non facit hominem hęreticum esse actu in Ecclesia, sed solum esse signum quod fuerit, esseq; in Ecclesia debeat.

Character est indebilis.

Et confirmatur ex beato Thoma, qui 3. part. Sum.98. art. 3. dicit eos, qui fide carent, non esse actu Christo vnitos, sed in potentia tantum. vbi loquitur de vnione interna, non externa, quæ per fidei confessionem, & visibilia sacramenta fieri fatendum est. Cùm itaque character non ad externa, sed ad interna pertineat, solus character actu hominem cum Christo non vnit. Deindè, vel fides est dispositio, ad hoc vt aliquis sit Papa, simpliciter necessaria; vel tantum ad bene esse.

A fide devians non dicitur actu Christo vnitus sed in potentia tantum.

Si primum, ergo sublata hac dispositione per opposi-

tam

tam, quæ est hæresis, mox Papa esse desinit, neque e-nim forma sine necessariis dispositionibus conseruari potest.

Si secundum, ergo papa propter hæresim deponi non potest. nam alioqui per ignorantiam etiam, improbitatemq;, ac similia, quæ tollunt scientiam, & probitatem, & alias dispositiones necessarias ad bene esse Papæ, deponi deberet, quod tamen negat & ipse Caietanus tract. præallegato cap. 26. & est aperta decisio in cap. Aposto lice 24. q. 3.

Hactenus de hæresi propriè sumpta. Si verò in causa hæresis præsumptæ verba faciamus, veluti pro criminibus notorijs, quorum esset incorrigibilis, & pro quibus vniuersalis Ecclesia scandalizaretur, aut quia Papa contra vniuersalem ipsius Ecclesiæ statum ageret: tunc ipse à Concilio deponi non potest: Cuius ratio est; tum quia prima Sedes a nemine iudicatur: tum etiam quia Papa auctoritate iurisdictionis vniuersali Ecclesia superior est. cap. cuncta per mundum 9. q. 3.

Papa ex causa hæresis præsumptæ an desinat esse Papa.

Papa authoritate iurisdictionis vniuersali ecclesia est superior.

Quare glos. in d. cap. si Papa. Abb. in cap. si venissent. de iud. Dec. in cap. significasti, de elect. Felyn. in cap. nulli. de sent. excom. nec non Rom. cons. 522. hallicinantur, cùm oppositam sententiam tutati fuerint.

Hinc duos fuisse de hac re errores annotandum est. vnum eorum, qui docuerunt, Pontificem posse ab Imperatore iudicari, puniri, & deponi, si suo munere non rectè fungatur. Hunc errorem inuexit Marsilius de Padua, vt refert Turrec lib 4. sum. de. Eccles. part. 2. c. 39.

Papa non rectè suo munere fungens an ab Imperatore iudicari possit.

Alter est error Nili in suo libro de primatu, qui Pontificem, non a principe quidem sæculari: sed a concilio Episcopornm iudicari, & puniri posse contendit.

Porrò Caluinus lib. 4. inst cap. 7 §. 19. & cæteri huius temporis hæretici, vtrumq; errorem simul coniungunt; & tam Principum, quàm Episcoporum iudicio Pontificem Romanum subijciunt.

Caluini error, quod Rom. Pontifex subiiciatur principum seu episcoporum iudicio.

An propter Schisma Papa possit a Papatu deponi, si fortè contingat ipsum Schismaticum fieri Cap.xxv.

Papa Schismaticus an sit deponendus.

SVperiori capite ostendimus Papam propter hæresim desinere esse Papam, eumq; ab Ecclesia iudicari, & puniri posse. Restat postrema quæstio quid de Papa schismatico sentiendum sit, nùm scilicet propter schisma a Papatu deponi possit. Sed priusquam ad rationes vel nostras, vel Aduersariorum veniamus, operæpretium erit pauca quædam de huiusmodi Schismatis verbo annotare.

Schismatic⁹ quatuor modis consideratur.

Primum igitur obseruandum est, Schismaticum quatuor modis sumi: scilicet largissimè, largè, strictè, & strictissimè.

Schismatic⁹ largissimè censetur sis in peccato mortali constitutus.

Largissimè dicitur quicunq; in peccato mortali constitutus est, quia a Deo scissus, & separatus censetur, cap. apostolice. 24.q.4.& iste quò ad Deum, & quò ad se a Sacramentorum administratione suspensus iudicatur, cap. si celebrat. de cler. excom. cap. Sacerdotes 1. q. 1. Hinc

Peccator dicitur esse extra fidē.

est, quòd dicitur extra fidem, qui in peccatum lapsus est. cap. fin. de præscripr.

Schismatici largè qui dicātur.

Largè sunt Schismatici omnes excommunicati; quia non solum a Deo, verùm etiam ab Ecclesia, & ab omni fidelium cętu diuisi, & segregati dicuntur; Et isti à mor-

Excōicati a mortaliter peccantibus in quib. differant.

taliter peccantibus in diuisione differre videntur: quia illi tantum a Deo diuisi: isti verò excommunicati a Deo, vt diximus, ab Ecclesia, ac omni fidelium cœtu arcentur:

Peccatores facilius reconciliantur q̄ excōicati.

Insuper peccatores facilius, quàm excommunicati reconciliantur, cap. cum desideres, & cap. à nobis, de sent. excom. cap. omnis de pœn. & remis.

Schismatici strictè qui dicātur.

Strictè dicuntur Schismatici, qui se a proprijs Episcopis diuidunt, qnod dupliciter contingere potest: vel qnia de facto proprio Episcopo non obtemperant, & tales propriè non Schismatici, sed Acephali dicuntur, dummodo Romanam Ecclesiam, & eius vnitatem recognoscant. Vel quando prętcr inobedientiam Episcopum ipsum capiunt, Sacerdotes constituunt, leges dicunt: & isti pro-

propriè

priè schiſmatici appellantur. cap. ſcire 7. q. 1. cap. inter Schiſma. 24. q. 2.

Schiſmatici ſtri ctiſsimè ſumpti qui dicantur.

Stricțiſſimè dicuntur Schiſmatici, qui ab vniuerſalis Eccleſiæ vnitate diuiſi ſunt, & qui ſibi Epiſcopos, & Sacerdotes, ac conſtitutiones facere quærunt. cap. Nouatianus. 7. q. 1.

Schiſmaticus an ſit hæreticus.

Hinc decidi poteſt, an Schiſmaticus ſit hæreticus, quod ſecundo loco annotandum eſt: Nam ſi hæreſis largo modo capiatur, tunc omnis Schiſmaticus hæreticus cenſendus eſt. Si verò hæreſis ſtricto modo accipiatur, pro vt quis aliquem fidei articulum impugnat, tunc hæreticus haberi non debet. Reor tamen quòd iſti proprios Epiſcopos non recognoſcentes, vel Sacerdotes in percipiendis Sacramentis ſpernentes, non eſſent parum de hæreſi ſuſpecti, quinimò ſi diu obſtinati perſiſterent; hæretici, vt infra dicemus, cenſendi eſſent.

Hæreticus an cēſeatur, qui ſe ab vnione eccleſia ſcindit.

Qui verò ſe ab vnione Eccleſiæ ſcindit, id eſt, qui propriè, & ſtrictè ſchiſmaticus eſt, an hæreticus ſtricto modo, & hæreſi propriè ſumpta, dici debeat, obſeruandum eſt quomodo ſe diuidat. Nam aliquando ſe principaliter à Papa, & ab Eccleſiæ vnitate ſcindit, nil aliud contra fidei articulos aſſeuerans: tunc iſte talis a Papa diuiſus, & ſi Schiſmaticus propriè dici poſſit, ſtrictè etiam ſumpto ſchiſmatis nomine; tamen ab initio hæreſis non dicetur: poteſt enim velle eſſe diuiſus, & nihilominus Eccleſiam vnicam confiteri, & quò ad hoc inter ſchiſma & hæreſim reperitur diſcrimen: quia hęreſis eſt, quæ dicit peruerſum dogma, ſed quis ſe ab vnitate ſcindendo adhuc peruerſum dogma non dicit. Verum quia ſchiſmatici cauſas, quæ ab Eccleſia tanquam prophanę ſunt condemnatæ, perſeuerantia quærunt, hinc poſtea temporis ſpatio ſchiſma in propriam, & veram hæreſim prol[illegible]tur: propterea quòd non poteſt ſuam ſciſſuram verbis aut factis tueri, niſi vel dixerit, quòd ſalus extra Eccleſiam eſſe poſſit, quæ aſſertio ab Eccleſia iam damnata eſt. cap. quoniam vetus. 24 q. 1. vel quia aſſeueret duas eſſe poſſe Eccleſias vniuerſales. contra articulum: Et in vnam ſanctã Catholicam. Quare Gloſam in d. cap. quoniam, rectè dixiſſe

Schiſma & hæreſis in quibus differant,

Hæreſis quid ſit

Schisma est nomen generis, haresis verò est nomen speciei.
Hareticus quilibet censetur schismatic⁹, nō aũt econuerso.

xisse arbitror, inter Schisma & hæresim esse differentiam sicut inter genus, & speciem: quoniam Schisma est nomen generis, hæresis verò nomē speciei: vnde omnis hæreticus est Schismaticus, sed non conuertitur: quia non omnis Schismaticus est hæreticus hæresi stricto modo sumpta. Vel dicamus inter hęresim & Schisma discrimē esse, sicut inter dispositionem & habitum, ut inquit glos. in d cap Schisma. Nam Schisma est dispositio, quia hominem ad hæresim disponit, & postquam inueterata est, in habitum, idest, in hæresim transit.

Papa schismaticus hæreticus eē censetur.

His ita præacceptis. Dicimus Papam Schismaticum deponi posse: primo quia sicut Papa hæreticus depositus est; & Ecclesia ipsum iudicare, & punire valet; ita & Schismaticus ex perseuerantia mulctare poterit, quia tūc hęreticus censetur. cap. inter Schisma 24. q. 3. Si quidem agit contra mentem articuli dicentis, quòd una sit Ecclesia sponsa Christi sine macula, & sine ruga. Tum etiam, quòd fides in Schismatico esse non potest, cap. aduocauit. 24. q. i. etsi fortè Schismaticus fidem in Deum, non tamen erga Dei Ecclesiam teneat. Vnde Schismaticus est, qui ab vnitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ se diuidit, atq; scindit, a qua qui scissi sunt, Christo fidem debitam nō videntur exhibere, a quibus eius passio euacuatur, atque distrahitur; cap. loquitur. ea. dist. Quod etiam illi potest accidere, qui se Summum Pontificem prætenderet, cùm alteri in pontificatu existēti aduersaretur, cap. i. de Schisma. vel quando Papa Ecclesiam diuidere vellet, & aliam Romanæ Ecclesiæ parem, Sedemq; suam in nullo recognoscentem constitueret. Vel fortè quando duo de Summo Pontificatu contenderent, & meritò, quis foret Pontifex, dubitaretur, cap. si quis pecuniam. 79. dist. & quilibet partem Christianorum non modicam ad se traheret, & in parte Christianorum scissa, & sibi comparata diu quilibet staret, & gauderet: Nam cùm in hac sponsa vnus solus, qui sit vnius Petri successor, & Christi Vicarius, Ecclesiæq; sponsus residere debeat, si in ea modo prædicto duo præsideant, bina capita, veluti monstrum, in Ecclesia constituunt, contra cap. per venerabilem. qui

Schismaticus dicitur sine fide.

Schismaticus quid dicatur.

Schismaticus an censeatur, qui se Papā prætenderet, altero in Pontificatu existente.
Papa Ecclesiā diuidere tentās, an schismaticus censeatur.
Pontificib. duob. in pontificatu cōscendentib. cui ī dubio sit fauendum.

fil. fin. leg. & cap. in plerisq; de offic. ord.

Tum etiam, quòd ipsam Ecclesiam vnicam corrumpere videntur, ei duos, vt ita dixerim, viros attribuendo, & se ipsos Ecclesiæ ambos viros faciendo, vnde eam non conseruantes pudicam, & incorruptam, sed adulteram, veluti mulierem duos viros habentem, adultera est, arguendo de carnali matrimonio ad spirituale, cap. sicut vir. 7. q. 1.

Argumentũ de carnali matrimonio ad spirituale an valeat

Et quemadmodum Deum produnt, qui societatem fraternitatis aliquam discordiæ peste commaculant, cap. abijt Iudas 11. q. 3. Ita hi duo de Papatu contendentes, Ecclesiam diuidentes, fraternitatis societatem commaculare videntur, & subinde dignitatem perdere, ac omni iudiciaria potestate priuari merentur, cap. audiuimus 24. q. 1. Schismaticus enim Ecclesiam scandalizat, publicumque eius bonum peruertit, vndè si monitus non resipiscat, pro huiusmodi delicto depositum esse, ab Ecclesiaq; puniri non dubitamus.

Deum prodere dicuntur, qui societatem discordia cõmaculãt.

Schismati[illegible] ecclesia[illegible] scandalizet

Et hæc dicta sint quòad Potestatem Papæ Spiritualem.

Finis Primi Libri.




De

De Poteſtate ROMANI Pontificis.

ADVERSVS IMPIOS POLITICOS, Liber Secundus.

PROOEMIVM.

Papa an poteſtatem habeat temporalem.



Emanet poſtrema pars diſputationis de Pontifice, quæ eſt de Poteſtate ipſius temporali, de qua quidẽ tres inueniuntur opiniones. Prima eſt, Pontificem ex iure diuino nullam habere temporalem poteſtatem, nec poſſe ullo modo imperare Principibus Secularibus, ne dum eos regnis, & principatu priuare, etiam ſi illi priuari alioqui mereantur.

Papa qualiter poteſtatem habere poſſit in temporalibus.

Altera opinio eſt, Pontificem, vt Pontificem, non habere directè, & immediatè vllam temporalem poteſtatẽ, ſed ſolum ſpiritualem: tamen ratione ſpiritualis habere ſaltem indirectè poteſtatem quandam, eamq; ſummam in temporalibus.

Papa iure diuino habet pleniſſimam poteſtatem in vniuerſum terrarũ orbem.

Tertia opinio eſt, Pontificem iure diuino habere pleniſſimam poteſtatem in vniuerſum orbem terrarum, tum in rebus Eccleſiaſticis, tum in Politicis.

Has tres opiniones refert Bellarminus lib. 5. de poteſta.

testa. Pontif. tempo. cap. 1. Quas sigillatim examinandas fore duximus, a prima sumpto principio.

Examinatur prima opinio. Cap. I.

PRimum fundamentum primæ opinionis est, quia pugnat cum verbo Dei, vt vnus homo sit Princeps ecclesiasticus, & Politicus simul: Duę enim species diuersæ non possunt esse in eodem; ergo nec temporalis, nec spiritualis potestas, cùm distinguātur penès actus, penès obiecta, & penès finem.

Species duæ diuersæ non possunt esse in codē subiecto.

Alterum fundamentum est, quòd ad populum, siuè ad communitatem spectat deponere, & punire Regem contra bonum publicum delinquentem, teste philosopho politic. 3. non itaque ad Papam talis depositio, vel punitio pertinebit.

Regem contra bonum publicū delinquentem quis corrigat.

Verum falsum esse primum fundamentum, exemplis primo Sanctorum, qui inueniuntur Reges, & Principes fuisse, apertissimè ostenditur: Nam in lege Naturæ Melchisedech fuit Rex, & Pontifex, vt patet ex Gen. 14. & Heb. 7. immò etiam olim semper primogenitus Rex, & Pontifex erat, vt B Hieronymus docet in quæst. Hebra.

Melchisedech fuit Rex & Pontifex,

Constat quoq; Noe, Abraam, Isaac, Iacob præfuisse suis tam in his, quæ ad religionem, quàm in his, quæ ad politicam vitam pertinebant.

Noe, Abrahā, Isaac & Iacob præfuerunt oēs tam in his quæ ad religionem, q̄ in his quę ad politicam uitā pertinebant.

Insuper Moyses, & Heli summi Pontifices, & principes, ac Iudices politici fuerunt. Exo. 18. primo Reg cap. 1. & 4 Denique Machabæi, Iudas, Ionathas, Simon, Ioannes, & cęteri vsque ad Herodem simul Pontifices, & Duces politici fuerunt, vt patet ex lib. Machab.

Moyses & Heli summi Pontifices & iudices politici fuerūt.

Hinc in lege veteri Regnum erat substantiuum, & Sacerdotium adiectiuum: in lege vero Euangelica Sacerdotium substantiuum, & Regnum adiectiuum: Idipsum rationibus probatur, primo, potestas ecclesiastica, & politica non sunt contrarię, sed vtraq; bona, vtraque a Deo, vtraque laudabilis, & vna alteri seruit, ergo non pugnant inter se, quare simul in eodem esse possunt.

Regnū in lege ueteri erat substantiuū, & Sacerdotium adiectiuum. Econtra in lege euangelica.

Secundo, magis diuersa sunt pax, & bellum, quàm bo-

Papa an possit a fide deuiare.

Nec officit si dicatur: multi Canones docent, Pontificem, nisi a fide deuius inueniatur, iudicari non posse, quare a fide deuiare potest, alioquin frustra essent illi Canones. Antecedens patet ex can. si Papa. dist. 40.

Intellectus Can. si Papa. dist. 40

Nam respondetur primo, hunc, & similes Canones loqui de errore Pontificis personali, non iudiciali. nam Pontifex si possit esse hæreticus, solum erit negando aliquã veritatem antea definitam; non autem hęreticus esse potest, dum ipse aliquid noui definit, tunc enim contra aliquid ab Ecclesia definitum minimè sentit. Canones autem allegati de hæresi expressè verba faciunt, igitur non de Pontificis errore iudiciali, sed personali loquuntur.

Secundo respondetur; Canones illos non velle dicere, Pontificem etiam vt priuatam personam errare posse: Sed tantum non posse Pontificem iudicari: quia tamen non est omnino certum, an Pontifex hæreticus necnè esse possit, propterea ad maiorem cautelam conditionẽ illam: nisi fiat hæreticus, addere consuerunt.

Solutio Difficultatis, an Dignitas Pontificia possit amitti propter hæresim. Cap. XXIV.

Papa hæreticus manifestus per se desinit esse Papa, & ab ecclesia iudicatur

HIs ita constitutis, Hæc formatur Conclusio; Papam hæreticum manifestum per se desinere esse Papam, & caput; sicut per se desinit esse Christianus, & corporis Ecclesię membrum: quare ab Ecclesia posse eum iudicari, & mulctari. Fundamentum huius Conclusionis est quoniam hæreticus manifestus membrum Ecclesiæ nullo modo dici meretur, id est, neque animo, neque corpore: neque vnione interna, neque externa: Nam Catholici etiam mali vniti sunt, & membra reputantur animo per fidem, corpore per confessionem fidei, & visibilium Sacramentorum participationem: Hæretici occulti sunt mẽbra externa solum vnione: Sicut è contra, boni Cathecumeni interna tantum vnione de Ecclesia censentur: Hæretici manifesti nullo modo, vt iam probatum est. Adde, quòd esset miserrima Ecclesiæ conditio, si Lupũ manifestè grassantem, pro Pastore agnoscere cogeretur,

Hęreticus manifestus nullo modo dici põt mẽbrum ecclesiæ.

cap.

cap.ſi Papa.40.diſt.cap.Anaſtaſiuſ. 11. diſt. Hinc tantus eſt fidei fauor, quòd ſi occulta etiam ſit eius hæreſis, de ipſa accuſari valeat, vt not.gloſ. in d. cap. ſi Papa. Nam & huiuſmodi delictum manifeſtum dicitur quantum ad hoc vt accuſari poſſit, cap. eorum.11.q.3. Et tunc præceſſoris Papæ ſententia innodatur, & in Canonem latæ ſententiæ incidit, cap. Achatius, el primo 24.q.1. Et ratio eſt, quia Papa hæreticus minor eſt quolibet Catholico, cap. ſcimus 12.q.1. Ipſoq; iure Papatū amittit, quia vt Diabolus condemnandus eſt, cap. principium, de pæn. diſt.2. Et duo teſtes ſufficient, vt dicit gloſ.in cap. Præſul, 2.q.4. Et iure ita ſtatutum eſt, quia ipſe eſt caput Eccleſiæ; vnde deuiando a fide, mortuus reputatur, quia iuſtus ex fide viuit; igitur non poterit in alijs Eccleſiæ membris vitam influere, & per conſequens caput corporis viui, quod eſt Eccleſia, eſſe non poterit: Siquidem vitæ principium eſt in capite, quo langueſcente, reliqua corporis membra inficiuntur, cap. verum.6.q.10. Eſtq; hæreticus ab Eccleſia præciſus, ſicut ramus ab arbore ſine ſtipite, qui continuò areſcit; de quo Ioan.15. Siquis nō manſerit in me, mittetur foras, & areſcet. Et ideò de huiuſmodi crimine nedum accuſatur, ſed cum eum in hæreſim conſtat incidiſſe, ipſo iure damnatus eſt. d.cap. Anaſtaſius, & cap.ſi his 11. q.2.

Papa hæreticus minor eſt quolibet catholico, & vt diabolus condemnandus eſt.

Caput dicitur vitæ principiū, quo langueſcente, reliqua membra inficiuntur.

Propterea decipitur Caietan⁹, qui in tract.de auct.pap. & Conc.c.20 & 21. cenſuit, Papam hęreticum manifeſtū non eſſe ipſo facto depoſitū, ſed ab Eccleſia fore deponēdū. Cuius opinio tueri non poteſt. Nā præter rōnes ſupra deductas, tum alia ratione, tum auctoritate probatur. Auctoritas eſt beati Pauli, qui in Epiſt. ad Titum. 3. iubet hęreticum poſt duas correptiones, ideſt, poſtquam pertinax manifeſtè apparet, vitari; quod intelligit ante omnem excommunicationem, & ſententiam iudicis, vt ibidem Hieronymus ſcribit, vbi inquit; alios peccatores per ſententiam excommunicationis ab Eccleſia excludi: hęreticos autem per ſe diſcedere, & præcidi a corpore Chriſti: ac Papa manens Papa vitari non poteſt; quomodo enim caput noſtrum vitabimus? quomodo a membro nobis cō

Caietanus decipitur in materia Papę hæretici.

iuncto recedemus? Ratio verò & quidem certissima hęc est; Non christianus vllo modo Papa esse non potest, vt Caietanus fatetur in eodem lib. cap. 26. & ratio est; quia id non potest esse caput, quod non est membrum, & is non Ecclesiæ membrum, qui Christianus non est. At hæreticus manifestus non est Christianus, vt apertè docent Cyprianus lib. 4. Epist. 2. Athanasius serm. 2. contra Arrianos. Augustinus lib. de gratia Christi, cap. 20 Hieronymus contra Luciferanos, & alii. Hæreticus igitur manifestus Papa esse non potest. Quod si Caietanus responderit, prout in dicto tract. cap. 22. respondere videtur (Hæreticum non simpliciter, sed secundum quid, esse Christianum, propterea quòd cùm duo christianum efficiant, fides scilicet, & character; hæreticus amissa fide, adhuc characterem retinet, & ratione illius adhuc aliquo modo Ecclesiæ adhæret, & capax est iurisdictionis: proindè adhuc est Papa, sed deponendus: quia per hæresim est depositus depositione vltima ad non esse Papam, qualis est homo, non quidem mortuus, sed in extremis constitutus.

Papa nullo modo esse pōt non Christianus.

Hæreticus manifestus christianus esse nō pōt.

Hæreticus Papa esse nō pōt.

Christianū efficiunt fides & character.

Responsio prædicta nullius est roboris: nam in primis si ratione characteris hæreticus cum Ecclesia coniunctus actu maneret, nunquam ab ea actu præcidi, & separari posset, quia character indelebilis est: at omnes fatentur, quosdam ab Ecclesia de facto præcidi posse igitur character non facit hominem hęreticum esse actu in Ecclesia, sed solum esse signum quod fuerit, esseq; in Ecclesia debeat.

Character est indebilis.

Et confirmatur ex beato Thoma, qui 3. part. Sum. 98. art. 3. dicit eos, qui fide carent, non esse actu Christo vnitos, sed in potentia tantum. vbi loquitur de vnione interna, non externa, quæ per fidei confessionem, & visibilia sacramenta fieri fatendum est. Cùm itaque character non ad externa, sed ad interna pertineat, solus character actu hominem cum Christo non vnit. Deindè, vel fides est dispositio, ad hoc vt aliquis sit Papa, simpliciter necessaria; vel tantum ad bene esse.

A fide deuians non dicitur actu Christo vnitus sed in potentia tantum.

Si primum, ergo sublata hac dispositione per opposi-

tam

tam, quæ est hæresis, mox Papa esse desinit, neque enim forma sine necessariis dispositionibus conseruari potest.

Si secundum, ergo papa propter hæresim deponi non potest. nam alioqui per ignorantiam etiam, improbitatemq;, ac similia, quæ tollunt scientiam, & probitatem, & alias dispositiones necessarias ad bene esse Papæ, deponi deberet, quod tamen negat & ipse Caietanus tract. præallegato cap. 26. & est aperta decisio in cap. Aposto lice 24. q. 3.

Hactenus de hæresi propriè sumpta. Si verò in causa hæresis præsumptæ verba faciamus, veluti pro criminibus notorijs, quorum esset incorrigibilis, & pro quibus vniuersalis Ecclesia scandalizaretur, aut quia Papa contra vniuersalem ipsius Ecclesiæ statum ageret: tunc ipse à Concilio deponi non potest: Cuius ratio est; tum quia prima Sedes a nemine iudicatur: tum etiam quia Papa auctoritate iurisdictionis vniuersali Ecclesia superior est. cap. cuncta per mundum 9. q. 3.

Papa ex causa hæresis præsumptæ an desinat esse Papa.

Papa authoritate iurisdictionis vniuersali ecclesia est superior.

Quare glos. in d. cap. si Papa. Abb. in cap. si venissent. de iud. Dec. in cap. significasti, de elect. Felyn. in cap. nulli. de sent. excom. nec non Rom. cons. 522. hallicinantur, cùm oppositam sententiam tutati fuerint.

Hinc duos fuisse de hac re errores annotandum est. vnum eorum, qui docuerunt, Pontificem posse ab Imperatore iudicari, puniri, & deponi, si suo munere non rectè fungatur. Hunc errorem inuexit Marsilius de Padua, vt refert Turrec lib 4. sum. de Eccles. part. 2. c. 39.

Papa non rectè suo munere fungens an ab Imperatore iudicari possit.

Alter est error Nili in suo libro de primatu, qui Pontificem, non a principe quidem sæculari: sed a concilio Episcopornm iudicari, & puniri posse contendit.

Porrò Caluinus lib. 4. inst cap. 7 §. 19. & cæteri huius temporis hæretici, vtrumq; errorem simul coniungunt; & tam Principum, quàm Episcoporum iudicio Pontificem Romanum subijciunt.

Caluini error, quod Rom. Pontifex subiiciatur principum seu episcoporum iudicio.

An propter Schisma Papa possit a Papatu deponi, si fortè contingat ipsum Schismaticum fieri Cap. xxv.

Papa Schismaticus an sit deponendus.

SVperiori capite ostendimus Papam propter hæresim desinere esse Papam, cumq; ab Ecclesia iudicari, & puniri posse. Restat postrema quæstio quid de Papa schismatico sentiendum sit, nùm scilicet propter schisma a Papatu deponi possit. Sed priusquam ad rationes vel nostras, vel Aduersariorum veniamus, operæpretium erit pauca quædam de huiusmodi Schismatis verbo annotare.

Schismatic⁹ quatuor modis consideratur.

Primum igitur obseruandum est, Schismaticum quatuor modis sumi: scilicet largissimè, largè, strictè, & strictissimè.

Schismatic⁹ largissimè censetur ois in peccato mortali constitutus.

Peccator dicitur esse extra fidē.

Largissimè dicitur quicunq; in peccato mortali constitutus est, quia a Deo scissus, & separatus censetur, cap. apostolice. 24.q.4.& iste quò ad Deum, & quò ad se a Sacramentorum administratione suspensus iudicatur, cap. si celebrat. de cler. excom. cap. Sacerdotes 1. q. 1. Hinc est, quòd dicitur extra fidem, qui in peccatum lapsus est. cap. fin. de præscript.

Schismatici largè qui dicātur.

Excōicati a mortaliter peccantibus in quib. differant.

Peccatores facilius reconciliantur q̃ excōicati.

Largè sunt Schismatici omnes excommunicati; quia non solum a Deo, verùm etiam ab Ecclesia, & ab omni fidelium cętu diuisi, & segregati dicuntur; Et isti à mortaliter peccantibus in diuisione differre videntur: quia illi tantum a Deo diuisi: isti verò excommunicati a Deo, vt diximus, ab Ecclesia, ac omni fidelium cætu arcentur: Insuper peccatores facilius, quàm excommunicati reconciliantur, cap. cum desideres, & cap. à nobis, de sent. excom. cap. omnis de pæn. & remis.

Schismatici strictè qui dicātur.

Strictè dicuntur Schismatici, qui se a proprijs Episcopis diuidunt, quod dupliciter contingere potest: vel quia de facto proprio Episcopo non obtemperant, & tales propriè non Schismatici, sed Acephali dicuntur, dummodo Romanam Ecclesiam, & eius vnitatem recognoscant. Vel quando pręter inobedientiam Episcopum ipsum capiunt, Sacerdotes constituunt, leges dicunt: & isti pro-

priè

priè schismatici appellantur. cap. scire 7. q. 1. cap. inter Schisma. 24. q. 2.

Strictissimè dicuntur Schismatici, qui ab vniuersalis Ecclesiæ vnitate diuisi sunt, & qui sibi Episcopos, & Sacerdotes, ac constitutiones facere quærunt. cap. Nouatianus. 7. q. 1.

Schismatici strictissimè sumpti qui dicantur.

Hinc decidi potest, an Schismaticus sit hæreticus, quod secundo loco annotandum est: Nam si hæresis largo modo capiatur, tunc omnis Schismaticus hæreticus censendus est. Si verò hæresis stricto modo accipiatur, pro vt quis aliquem fidei articulum impugnat, tunc hæreticus haberi non debet. Reor tamen quòd isti proprios Episcopos non recognoscentes, vel Sacerdotes in percipiendis Sacramentis spernentes, non essent parum de hæresi suspecti, quinimò si diu obstinati persisterent; hæretici, vt infra dicemus, censendi essent.

Schismaticus an sit hæreticus.

Qui verò se ab vnione Ecclesiæ scindit, id est, qui propriè, & strictè schismaticus est, an hæreticus stricto modo, & hæresi propriè sumpta, dici debeat, obseruandum est quomodo se diuidat. Nam aliquando se principaliter à Papa, & ab Ecclesiæ vnitate scindit, nil aliud contra fidei articulos asseuerans: tunc iste talis a Papa diuisus, & si Schismaticus propriè dici possit, strictè etiam sumpto schismatis nomine; tamen ab initio hæresis non dicetur: potest enim velle esse diuisus, & nihilominus Ecclesiam vnicam confiteri, & quò ad hoc inter schisma & hæresim reperitur discrimen: quia hęresis est, quæ dicit peruersum dogma, sed quis se ab vnitate scindendo adhuc peruersum dogma non dicit. Verum quia schismatici causas, quæ ab Ecclesia tanquam prophanę sunt condemnatæ, perseuerantia quærunt, hinc postea temporis spatio schisma in propriam, & veram hæresim prol[illegible]itur: propterea quòd non potest suam scissuram verbis aut factis tueri, nisi vel dixerit, quòd salus extra Ecclesiam esse possit, quæ assertio ab Ecclesia iam damnata est. cap. quoniam vetus. 24 q. 1. vel quia asseueret duas esse posse Ecclesias vniuersales. contra articulum: Et in vnam sanctā Catholicam. Quare Glosam in d. cap. quoniam, rectè dixisse-

Hæreticus an censeatur, qui se ab vnione ecclesia scindit.

Schisma & hæresis in quibus differant.

Hæresis quid sit

xisse arbitror, inter Schisma & hæresim esse differentiam sicut inter genus, & speciem: quoniam Schisma est nomen generis, hæresis verò nomē speciei: vnde omnis hæreticus est Schismaticus, sed non conuertitur: quia non omnis Schismaticus est hæreticus hæresi stricto modo sumpta. Vel dicamus inter hęresim & Schisma discrimē esse, sicut inter dispositionem & habitum, ut inquit glos. in d. cap Schisma. Nam Schisma est dispositio, quia hominem ad hæresim disponit, & postquam inueterata est, in habitum, id est, in hæresim transit.

Schisma est nomen generis, hæresis verò est nomen speciei.

Hæreticus quilibet censetur schismatic⁹, nō aūt econuerso.

His ita præacceptis. Dicimus Papam Schismaticum deponi posse: primo quia sicut Papa hæreticus depositus est; & Ecclesia ipsum iudicare, & punire valet; ita & Schismaticus ex perseuerantia mulctare poterit, quia tūc hęreticus censetur cap. inter Schisma 24. q. 3. Si quidem agit contra mentem articuli dicentis, quòd una sit Ecclesia sponsa Christi sine macula, & sine ruga. Tum etiam, quòd fides in Schismatico esse non potest, cap. aduocauit. 24. q. i. etsi fortè Schismaticus fidem in Deum, non tamen erga Dei Ecclesiam teneat. Vnde Schismaticus est, qui ab vnitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ se diuidit, atq; scindit, a qua qui scissi sunt, Christo fidem debitam nō videntur exhibere, a quibus eius passio euacuatur, atque distrahitur; cap. loquitur. ea. dist. Quod etiam illi potest accidere, qui se Summum Pontificem prætenderet, cùm alteri in pontificatu existēti aduersaretur, cap. i. de Schisma. vel quando Papa Ecclesiam diuidere vellet, & aliam Romanæ Ecclesiæ parem, Sedemq; suam in nullo recognoscentem constitueret. Vel fortè quando duo de Summo Pontificatu contenderent, & meritò, quis foret Pontifex, dubitaretur, cap. si quis pecuniam. 79. dist. & quilibet partem Christianorum non modicam ad se traheret, & in parte Christianorum scissa, & sibi comparata diu quilibet staret, & gauderet: Nam cùm in hac sponsa vnus solus, qui sit vnius Petri successor, & Christi Vicarius, Ecclesiæq; sponsus residere debeat, si in ea modo prædicto duo præsideant, bina capita, veluti monstrum, in Ecclesia constituunt, contra cap. per venerabilem. qui

Papa schismaticus hęreticus eē censetur.

Schismaticus dicitur sine fide.

Schismaticus quid dicatur.

Schismaticus an censeatur, qui se Papā prætenderet, altero in Pontificatu existente.

Papa Ecclesiā diuidere tentās, an schismaticus censeatur.

Pontificib. duob. in pontificatu cōscendentib. cui i dubio sit fauendum.

fil.

fil. fin. leg. & cap. in plerisq; de offic. ord.

Tum etiam, quòd ipsam Ecclesiam vnicam corrumpere videntur, ei duos, vt ita dixerim, viros attribuendo, & se ipsos Ecclesiæ ambos viros faciendo, vnde eam non conseruantes pudicam, & incorruptam, sed adulteram, veluti mulierem duos viros habentem, adultera est, arguendo de carnali matrimonio ad spirituale, cap. sicut vir. 7. q. 1.

Argumentũ de carnali matrimonio ad spirituale an valeat

Et quemadmodum Deum produnt, qui societatem fraternitatis aliquam discordiæ peste commaculant, cap. abijt Iudas 11. q. 3. Ita hi duo de Papatu contendentes, Ecclesiam diuidentes, fraternitatis societatem commaculare videntur, & subinde dignitatem perdere, ac omni iudiciaria potestate priuari merentur, cap. audiuimus 24. q. 1. Schismaticus enim Ecclesiam scandalizat, publicumque eius bonum peruertit, vndè si monitus non resipiscat, pro huiusmodi delicto depositum esse, ab Ecclesiaq; puniri non dubitamus.

Deum prodere dicuntur, qui societatem discordia cõmaculãt.

Schismati[illegible] ecclesia [illegible] scandalizat.

Et hæc dicta sint quòad Potestatem Papæ Spiritualem.

Finis Primi Libri.



De Poteſtate ROMANI Pontificis.

ADVERSVS IMPIOS POLITICOS,

Liber Secundus.

PROOEMIVM.

Papa an poteſtatem habeat temporalem.



Emanet poſtrema pars diſputationis de Pontifice, quæ eſt de Poteſtate ipſius temporali, de qua quidẽ tres inueniuntur opiniones. Prima eſt, Pontificem ex iure diuino nullam habere temporalem poteſtatem, nec poſſe ullo modo imperare Principibus Secularibus, ne dum eos regnis, & principatu priuare, etiam ſi illi priuari alioqui mereantur.

Papa qualiter poteſtatem habere poſſit in temporalibus.

Altera opinio eſt, Pontificem, vt Pontificem, non habere directè, & immediatè vllam temporalem poteſtatẽ, ſed ſolum ſpiritualem: tamen ratione ſpiritualis habere ſaltem indirectè poteſtatem quandam, eamq; ſummam in temporalibus.

Papa iure diuino habet pleniſſimam poteſtatem in vniuerſum terrarũ orbem.

Tertia opinio eſt, Pontificem iure diuino habere pleniſſimam poteſtatem in vniuerſum orbem terrarum, tum in rebus Eccleſiaſticis, tum in Politicis.

Has tres opiniones refert Bellarminus lib. 5. de poteſta.

testa. Pontif. tempo. cap. 1. Quas sigillatim examinandas fore duximus, a prima sumpto principio.

Examinatur prima opinio. Cap. I.

PRimum fundamentum primæ opinionis est, quia pugnat cum verbo Dei, vt vnus homo sit Princeps ecclesiasticus, & Politicus simul: Duę enim species diuersæ non possunt esse in eodem, ergo nec temporalis, nec spiritualis potestas, cùm distinguãtur penès actus, penès obiecta, & penès finem.

Species duæ diuersæ non possunt esse in eodẽ subiecto.

Alterum fundamentum est, quòd ad populum, siuè ad communitatem spectat deponere, & punire Regem contra bonum publicum delinquentem, teste philosopho polit. 3. non itaque ad Papam talis depositio, vel punitio pertinebit.

Regem contra bonum publicũ delinquentem quis corrigat.

Verum falsum esse primum fundamentum, exemplis primo Sanctorum, qui inueniuntur Reges, & Principes fuisse, apertissimè ostenditur: Nam in lege Naturæ Melchisedech fuit Rex, & Pontifex, vt patet ex Gen. 14. & Heb. 7. immò etiam olim semper primogenitus Rex, & Pontifex erat, vt B Hieronymus docet in quæst. Hebra.

Melchisedech fuit Rex & Pontifex,

Constat quoq; Noe, Abraam, Isaac, Iacob præfuisse suis tam in his, quæ ad religionem, quàm in his, quæ ad politicam vitam pertinebant.

Noe, Abrahã, Isaac & Iacob præfuerunt oẽs tam in his quæ ad religionem, q̃ in his quę ad politicam uitã pertinebant.

Insuper Moyses, & Heli summi Pontifices, & principes, ac Iudices politici fuerunt. Exo. 18. primo Reg cap. 1. & 4 Denique Machabæi, Iudas, Ionathas, Simon, Ioannes, & cęteri vsque ad Herodem simul Pontifices, & Duces politici fuerunt, vt patet ex lib. Machab.

Moyses & Heli summi Pontifices & iudices politici fuerũt.

Hinc in lege veteri Regnum erat substantiuum, & Sacerdotium adiectiuum: in lege vero Euangelica Sacerdotium substantiuum, & Regnum adiectiuum: Idipsum rationibus probatur, primo, potestas ecclesiastica, & politica non sunt contrarię, sed vtraq; bona, vtraque a Deo, vtraque laudabilis, & vna alteri seruit, ergo non pugnant inter se, quare simul in eodem esse possunt.

Regnũ in lege ueteri erat substantiuũ, & Sacerdotium adiectiuum. Econtra in lege euangelica.

Secundo, magis diuersa sunt pax, & bellum, quàm bo-

Pax & bellum dicuntur magis diuersa q̃ bona temporalia & spiritualia.

na temporalia, & spiritualia; at vnus & idem Rex simul præest Senatui, & exercitui, togatis, & armatis, ergo multò magis poterit vnus præesse in temporalibus, & spiritualibus rebus.

Rex vnus multa & diuersa regna gubernat.

Eps vnus põt regere plures ecclesias.

Tertio, & vltimo, potest vnus Rex gubernare diuersissima regna, quæ diuersos mores, ritus, leges, consuetudines habeant, & pari ratione potest vnus Episcopus regere plurimas Ecclesias, vt patet de Patriarchis antiquis, (vt omittamus Romanum) quarum quilibet habuit sub se plurimos Episcopos, ergo etiam poterit vnus homo regere vnum Episcopatum, & vnum principatum.

Epatum regere an sit difficilĩ q̃ principatum.

Nam vel est difficilius regere Episcopatũ, quàm principatum; vel facilius; vel ęquè difficile: Si primũ, ergo si vnus regit duos Episcopatus, a maiori reget vnum Episcopatum, & vnum Principatum: Si secundum, ergo si vnus regit duos principatus, a maiori reget vnum principatum, & vnum Episcopatum. Si tertium, ergo si vnus regit duos principatus, vel duos Episcopatus, a simili poterit regere vnum Episcopatum, & vnum principatum.

Diluuntur aduersæ Rationes. Cap. II.

ET quando addebatur, Duę enim species diuersæ non possunt esse in eodem, ergo nec temporalis, nec spiritualis potestas.

Species diuersæ an possint esse in eodem subiecto.

Dicimus primo, quòd licet ea, quæ ex opposito diuiduntur, tanquam contraria ex natura rei idem subiectũ primum habere nequeant, in diuersas tamen subiecti partes cadere possunt, sicut albedo, & nigredo possunt inesse vni & eidem subiecto secundum diuersas partes, tamẽ ista, quæ sæpè ex opposito diuiduntur, tanquam diuersæ species in eodem subiecto esse possunt: Nam ordo Sacer, & non Sacer quodammodo ex opposito diuiduntur, & nihilominus in eundem hominem cadunt; & ita de virtutibus moralibus, & intellectualibus, quæ eidem subiecto conuenire possunt. Sic in proposito, licet potestas spiritualis, & potestas secularis ex opposito diuidantur, quia tamen non sunt contrariæ, immò vna scilicet temporalis

poralis ordinatur ad aliam scilicet spiritualem, vt dictum est, vni & eidem personæ optimè conuenire possunt.

Dicimus secundo; quòd licet secundum diuinam ordinationem istæ potestates sint distinctæ quantum ad immediatam executionem, & quantum ad exercitium; non tamen quò ad apicem potestatis, vnde non sunt, sic penitus distinctę, quin superior iurisdictio penès Papam, licet differenter, vt diximus, in spiritualibus, & temporalibus semper maneat; quia in spiritualibus ordinariè, & immediatè, in temporalibus verò vbique non ordinariè, sed casualiter executionem habet. In collatione enim principalis accessorium intelligitur, & ea, quæ comitantur, etiam si de his nulla fiat expressa mentio. cap. si diligenti de for. compe. cap. accessorium, de reg. iur. in 6. & propterea Claues regni cælorum, quæ datæ sunt Petro, rerum temporalium potestatem connotare videntur.

Accessorium sequitur suũ principale.

Claues Petro a Christo data tẽporalem ptãtem notant.

Nec officit altera ratio desumpta ex philosopho Polit. 3. Primo, quia Aristoteles ibi, & si aliquas Regum mutationes narret, illas tamen non approbat, sed sic eas de facto accidisse affirmat. Et quando inquit, communitatem bene ordinatam posse Principem punire: loquitur secũdum sua tempora, & ante Christi aduentum: in quibus temporibus non erat saltem actu aliquis vetus Monarcha, & Vicarius Dei in terris, qui talem Regem punire posset. Itaque cùm deesset superior, qui mulctare posset, ne Communitas Præsidentis delictis periret, poterat talis communitas benè ordinata principem, quem ipsa elegerat, deponere, vt illorum esset destitutio, quorum electio, & institutio: secus post Christi aduentum, in quo vsq; ad consummationem seculi semper fuit, & erit Christi Vicarius in terris, qui Christi vice punit, corrigit, ac potentes de sede deponit.

Communitas bene ordinata an possit principem quem elegerat deponere.

Secũdo dicimus, quòd auctoritas philosophi loquitur de communitate benè ordinata, quæ talis dicitur, cùm singuli, & præsertim illius optimates rectam habent intentionem, & secundum eam ad totius communitatis bonum operantur, nec odio, timore, aut ambitione, vel alia animi passione superantur; vndè philosophus ibi nar

rat, quòd aliqui magni viri Calsidoniorum illam Rempublicam valdè læserunt, quia inordinatè, & ex passione principatum mutarunt. Constat autem alienum esse a recta intentione, & a communi bono punire, aut deponere Principem etiam delinquentem cum notabili Communitatis scandalo; siquidem longè maius scandalum, & damnum Regni est, Regem cum dissidio, & discordia deponere, quam eius delicta tollerare, & sic cum Principis castigatio pro bono communi permissa videatur, vtique contra id bonum militaret.

Principem deponere maius scandalum est, q̃ eius delicta tolerare.

Tertio dicimus, quòd Philosophus non asserit, Communitatem posse Regem suum punire, vel deponere; sed illum solum, quem ipsi elegerunt, & sic loquitur de Rege, qui per electionem communitatis instituitur, talis enim punitur, & deponitur per communitatem, quæ illum principaliter instituit, sicut Veneti & Ianuenses, qui sibi Ducem eligunt, & si contra Rempublicã delinquat, eum deponere possunt, & de facto olim deposuerunt, vt primo Historiarum nostrarum libro mentionem fecimus: Secus de Rege, qui naturaliter, & ex successione, & de certa stirpe regnat. Nam hunc solus Papa punire, ac deponere potest, aliàs delicta tantò magis impunita manerent, quantò nullus est in terris, qui Regem talem corrigere posset, essetq; maior, ac liberior peccandi licentia, neq; ab aliquo mortaliũ refrenabilis, quod tantò periculosius foret, quantò maior est eiusdẽ Regis potentia. Nã vt inquit Isydorus de sum. bon. Difficile est Principẽ ad melius egredi, si vitijs fuerit implicatus: & postea subdit; populi.n. peccantẽ iudicẽ metuunt, Reges aũt nisi solo Dei timore coercentur, liberè in preceps prorumpunt, & per abusum licentiæ in omne facinus labuntur, idq; facilius agerent, nisi in terra aliquem haberent, qui vice, & loco Dei eum punire posset; si quidem periret iustitia, si deesset qui iustitiam faceret, cap. vt famæ. de sent. exco. §. vulneratus ff. ad leg. Acquil. Si enim aliqui Reges deberent esse exempti, forent Reges Franciæ, & Hispaniæ, qui in temporalibus nullum recognoscunt superiorem vt in tract. de Tyrannide. cap. 16. ostendemus; constat tamen

Veneti & Ianuenses eorũ principem ob delicta deponere valent

Rex delinquens a solo Papa punitur, ac deponitur.

Reges nisi Dei timore coerceantur, liberè in praceps prorũpunt.

Iustitia periret, si deesset qui iustitiam faceret.

Reges Franciæ & Hispaniæ in tẽpalib. nullum recognoscunt superiorem. Possũt tamen puniri à summis Pontificibus.

men eosdem Reges temporaliter punitos fuisse a Summis Pontificibus, vt de Zaccaria legitur, qui non solum propter delicta, sed propter dissidiam, Franciæ Regem deposuit, cap. alius 15. q. 6.

Perpenditur cap. alius 15. q. 6. Cap. III.

QVi quidem tex. cauillari non potest, nec recipit illas insulsas expositiones, quas aliqui literam corrumpentes perperam afferunt, dum exponunt, deposuit, id est, deponentibus consensit. *Intellectus. c. alius 15. q. 6.*

Alij verò exponunt, deposuit, id est, deponere volentibus consuluit.

Vtraque tamen expositio vim facit literæ, & veritati; dum actum realis & actualis depositionis ad consensum, vel consilium trahit: Præsertim quia tex. ille dicit ad literam, quòd Papa Zacharias Franciæ Regem deposuit: Subdens, quòd omnes Francigenas a iuramento fidelitatis absoluit. Constat enim, quòd ista absolutio ab actu depositionis dependet, cap. ad apostolicæ, de re iud. lib. 6. Non enim se compatiuntur assentire depositioni factæ, aut fiendæ per Barones, aut de ea consilium dare, & a iuramento fidelitatis absoluere. Itaq; necessariò litera, vt sonat, intelligenda est, & non de consilio. Non enim erat expediens pro consilio habendo adire Papam in tam remotis partibus degentem, præsertim cùm eo tempore Parisiis erant famosissimi, ac doctissimi viri, qui consuli poterant. Præterea, estò quòd prædictæ expositiones sint veræ, & quòd Papa Zacharias solum consensum dederit, adhuc Rex Franciæ Romani Pontificis iurisdictionem in temporalibus non effugiet; qui enim præstat consensum auctorizabilem in punitionem alicuius, iurisdictionem, & dominium habere videtur. Et hinc est, quòd vbi consensus alicuius requiritur, per hoc probatur apud eum esse & residere ius principale, l. lex quæ tutores. C. de administ. tuto. & ex hoc insurgit, quòd consentiens donare videtur, quia dominium, & iurisdictionem præsuponit, cap. pastoralis. de dona. vnde in sacra pagina ha-

Zaccarias Papa deposuit Regem Franciæ.

Consensus alicuius vbi requiritur, cõstat apud eundem residere ius principale.

Consensus principis in actu a ptate dependente censetur actus iurisdictionis.

Demetrius Rex Ionathę consensit circa remissionem tributi.

betur, quòd consensus Principis in actu ex potestate dependenti actus iurisdictionis censetur. Nam legitur primo Machab. cap. 11. quod Rex Demetrius Ionathæ consensit circa remissionem tributi, & grauaminis gentis Iudæorum, qui consensus fuit iurisdictionis, quia visus est Iudæos absoluere, & liberare a tributis. Immò plerunq; consentire in aliquo actu, est de illo iudicare: nam dicitur Matth. 18. vbicunq; fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum; & de quacunq; re consenserint fiet eis: ibi enim consenserint sumitur. id est, iudicauerint. Ex qua auctoritate generalia Concilia iudicandi auctoritatem sumunt.

Rursus esto quòd verum sit, Zachariam Papam non deposuisse Regem Franciæ, sed Baronibus, populisque suis deponere uolentibus consensum præstitisse. Dicimus, quòd hoc solum apertissimè probat intentum, videlicet, Reges Franciæ aliquem, immò aliquos & multos habere, & recognoscere in superiores, videlicet, Barones, & populos suos; quod illorum positioni & conclusioni refragatur, cùm dixerint Regem Franciæ, & Hispaniæ nullum in terris etiam Romanum Pontificem in superiorem temporaliter recognoscere. Qui enim nullum iudicem habet in terris, vtiq; plures iudices eum indicare non posse fatendum est. cap. Præsbyteros. 16. q. 1. Negata enim singularitate per verbum collectiuum, & vniuersale, pluralia negata censentur. l. si ita sit relictum, & l. si pluribus. ff. de lega. 1. Cùm itaque, vt supra dictũ est, constet Barones, & populos ex defectu potestatis coactiuæ, quam Vassalli non habent in dominum suum, non posse Principem suum iudicare, nec deponere, necessariò sequitur, quòd prædictus Zacharias Papa principaliter, ac iure merito tanquam superior in temporalibus Regem Franciæ deponere potuerit.

Iudicē qui non hēt in terris, vtiq; a pluribus iudicibus iudicari minimè pōt.

Singularitate negata per verbũ collectiuum, pluralia negata censentur.

Priuilegium habens non recognoscendi superiorē in temporalibus, si delinquit, a quib. corrigatur.

Quod & alia inuincibili ratione ostenditur. Nam eo ipso quòd talis Rex vel Princeps priuilegio, aut exemptione superiorem in temporalibus non recognoscit, illud est potissima causa, quòd si deliquit, correctioni Romani Pontificis etiam in temporalibus de necessitate subesse

ſe debeat; Nam in hac Mundiali politia & præſertim in populo Chriſtiano nullos debet eſſe Acephalos, & ſine capite, & ſuperiore, Acephalos autem ab omni iure damnatus, & reprobatus eſt. cap.nulla ratione 93. diſt.cap. conſtitutus. de relig. dom. non enim eſſet Mundo benè prouiſum, ſi aliqui eſſent taliter exempti, quòd a nullo mortalium in terris coerceri & puniri poſſent, cùm tamen Deus omnia ſuauiter diſpoſuerit. Eſt autem de ratione ordinis politici, vt quandiu in hoc Mundo manemus, alter alteri ſubijciatur. Vnde Apoſtolus, dum Mundus iſte, inquit, durabit, homines præſunt hominibus, & Angeli Angelis. Et Gregorius; non poſſet hæc hominum vniuerſitas conſiſtere, niſi eam differentię ordo ſeruaret ad exemplum cæleſtis militiæ, in qua ſunt Angeli, & Archangeli, Principatus, & Dominationes, nec ſunt æquales, ſed omnes ſub poteſtate, nec aliquis ſe adeò exemptnm dicit, cap.ad hæc. 89. diſt. & cap.qui ſe ſcit.ii.q.i. ſed omnes ſub Deo fatentur eſſe, ſic itaque in hac humana politia dicendum videtur nullum Regem, aut principem a Chriſti Vicario exemptum eſſe.

Acephalos ab oĩ iure damnatus dicitur.

Angeli in cælis non oẽs æquales

Accedit, quòd ſi talis Rex, aut Princeps dicit ſe ex priuilegio exemptum, oſtendat huiuſmodi priuilegium, quia qui priuilegium allegat, illud oſtendere, & probare tenetur cap i.de priuileg.nam quod priuilegio vendicatur, ſi non oſtenditur, vſurpatur.cap.fruſtra.8.diſt Aut ergo prædictum priuilegium erit a lege diuina, & de hoc non conſtat: Aut viua Dei uoce, & id non conceditur, quia ſcriptum eſt, non eſt conuerſatio hominum cũ Diis. Dan.ii. Si verò priuilegium exemptionis eſt a Romano Pontifice, dicendum eſt, quòd non potuit a ſe eximere, quia tunc vniuerſali dominio, ac ſupremę iuriſdictioni ſibi ſuper cunctos mortales a Chriſto traditæ derogaret; nec huiuſmodi priuilegium, conſuetudo, vel præſcriptio valeret, cap cum inſtantia de cenſ l comperit. C. de præſcripr.30 anno l iubemus C.de ſac.ſanct.eccl.

Priuilegiũ allegans illud oſtendere & probare tenetur.

Priuilegiũ exẽptionis à Papa emanatum, ab ipſomet eximi nequit.

Præterea, Imperator, qui ſaltem dignitate, & honoris prærogatiua in eccleſia cunctis Regibus excellentior reputatur, a Papa tamen approbatur, & confirmatur, eiq; fide-

Imperator dignitate & honoris prærogatiua in eccleſia cunctis regibus excellentior reputatur: tamen à Papa confirmatur.

Imperator à Papa reprobari pôt & deponi.

fidelitatis iuramentum præstat, ac demum ab eo reprobatur,& deponitur,cap.venerabilem.de elect.clem. pastoralis.de re iud.& clem. Romani de iureiuran. ergo multò magis cæteri principes delinquentes a Papa punientur: Nam ut aiunt,qui eminentem Aquilam domat,facilè Accipitres comprimet,& qui altiori gradu sunt, a maiorib. adiicere debent obedientiam.cap.nullus.28.dist. Insuper, cùm in spiritualibus talis princeps Romano Pontifici subesse fateatur,per consequens & in temporalibus: Tum propter connexitatem,& dependentiam,nec non regulã, & directionem,quas temporalia a spiritualibus recipiũt, a quibus ne dum diriguntur,sed approbantur,& iudicantur;scriptum est enim, spiritualis homo iudicat omnia. Tum quia temporalià ordinantur in spiritualia ut in finem suum cap.si quis obiecerit.1.q.3.debent ergo eorũ naturam sequi,& imitari.

Principes Christiani Rom. Pontifici subesse dicuntur.

Temporalia ordinantur in Spiritualia ut in finẽ suum.

Confirmantur supradicta Hieremiæ prophetæ testimonio,in persona Christi ad Romanum Pontificem loquentis:Ecce,inquit,constitui te hodie super gentes, & Regna,vt euellas,& disipes,scilicet per correctionem,& punitionem si Reges mali fuerint.Item ędifices, & plantes per promotionem,& honorationem si boni fuerint. Quod hodie per extrauagan. vnam sanctam sancitum est,ibi dum dicitur, si deuiat terrena potestas iudicabitur de spirituali,& tandem declarat, omnem humanam creaturam subesse Romanó Pontifici,esseq; de necessitate salutis, vt propterea idem Bonifacius Papa Philippo Franciæ Regi ita scripserit,Noueris te in spiritualibus,& temporalibus nobis subesse,& oppositum sentientes hæreticos reputamus,& declaramus. Ex tribus enim quæ sint fidei internosci possunt:primo cum in hanc formam Synodus decreta præscribit. Si quis hoc,aut illud senserit, anathema sit.Secundo si in eos,qui contradixerint, excómunicationis sententia ipso iure feratur.Tertio si contrarium affirmantes,pro hæreticis habeantur.ita not.Paulus Grysaldus in decisionibus fid.cath.in ver.fidei dogmata. decis.16.

Denique si talis Rex secundum aliquos nullum habet

in terris superiorem eum iudicantem, ergo nec Barones, nec populum sibi subditum, præsertim cum sint eo inferiores. Nam sermo vniuersalis, & negatiuus non compatitur secum aliquam particularẽ affirmatiuam; quia tũc essent duo contradictoria vera, & staret, quòd nullus posset eum iudicare, & aliqui eum iudicare possent, quod est impossibile nõ solum naturæ, sed iuri. l. flumina. ff. de flu. cap. in genesi. de elect.

Sermo vniuersalis & negatiuus non compatitur secum particularẽ affirmatiuã.

Ex quibus concluditur verè, & iuridicè nullum in orbe Principem esse, qui delinquendo Romanum Pontificem in superiorem non habeat, temporaliter eum, si expedit, punientem, & deponentem, vel aliàs pro modo delictorum corrigentem. Et contrarium asserere est hæresis omnium huius temporis hæreticorum, & præcipuè Caluini. lib. 4 Inst. cap xi. § 8. q x. xi. xii. xiii & xiiii.

Principes oẽs delinquentes Papa punit & deponit: Et contrarium asserere ẽ hæresis.

Examinatur secunda opinio. Cap. IIII.

SEcunda opinio duas habet particulas, prima est, Papam non habere ullam temporalem iurisdictionẽ directè Altera est, Papam habere potestatem temporalem indirectè. Ita docent Ioan. de Turrec. lib. 2 sum. ca. 113. Pighius lib. v. Hierarch' Ecclesi Caiet in Apolog. cap. 13. ad B. Franciscus Victoria. q. 2. de potest. Ecclesi Dominicus a Soto in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. Et Nicolaus Sanderus lib. 2. cap. 4. visib Monarch. Quos sequitur Bellarminus lib. v. de potest Pontif. c. 4. & 6.

Papa non hẽt iurisdictionẽ temporalem directè sed indirectè.

Primam particulam Bellarminus propriis nititur fulcire rationibus; quarum prima hęc est. Christus, ut homo, dum in terris uixit, non accepit, nec voluit ullum temporale dominium; Summus Pontifex Christi Vicarius nobis Christum repręsentat, qualis erat, dum hic inter nos viueret, igitur Summus Pontifex, atque adeò ut Summus Pontifex, nullum habet temporale dominium. Vtraque propositio huius rationis probanda est, ac explicãda. Et primo loco ea, quæ prima in ordine adducta fuit. Id verò vt efficiat, supponit, Christum fuisse quidem semper vt Dei filium Regem, & Dominum omnium terra-

Christus an habuerit temporale dominium in terris. Et quo id intelligendũ sit.

rum

rum, eo modo, quo est eius pater; verum regnum huiusmodi esse æternum, atque diuinum, nec tollere dominia hominum, nec posse Pontifici conuenire. Præterea Christum fuisse vt hominem, Regem omnium hominum spiritualem, & habuisse potestatem amplissimam spiritualem in omnes tam fideles, quàm infideles in ordine ad salutē æternam, ita vt ad fidem, sacramentaq; suscipienda eos astringere posset. Futurum erat post iudicii diem hoc spirituale Christi regnum sensibile & conspicuum, atq; huius regni gloriam hoc modo inchoatam esse in ipso capite Christo, cùm a mortuis surrexit. Verum neque huiusmodi Regnum esse temporale; vt nostrorum Regum, neque Pontifici posse communicari; cùm supponat corporum resurrectionem. Hæc autem omnia uti firma, & constantia esse asseuerat, ita nō negat, quòd potuisset regiam accipere auctoritatem, si ei placuisset, ac cognouisset id ei expedire. quapropter nec accepisse, neque etiam habuisse regnum, non tantum executionem dominii, & regni temporalis.

Hoc autem ita probatur, Si auctoritatem hanc, & potestatem regiam habuit, aut certè illam habuit vel hæreditaria successione, vel electione, vel iure belli, vel dono speciali: Verum nec hæreditaria successione, nec electione, nec iure belli, nec speciali dono: igitur nullo modo eam habuit.

Xp̄us regnū non habuit successione hæreditaria, licèt ex familia regia ortus sit.

Probatur maior, sigillatim vnam quamq; partem accipiendo. Non quidem hæreditaria successione, quoniā & si ex familia regia est ortus, & atauis ęditus Regibus, at tamen non constat an ipse esset magis proximus Dauid, quàm alij multi, qui eiusdem erant familiæ, ideoq; tunc Regnum ablatum erat a familia Dauid, idq; Deo volente, qui etiam prædixerat, ex Iechonię familia, vnde Christus descendit, nullum futurum Regem temporalem, eo modo, quo fuerat Dauid, & alij eius successores. Hier. 22. Hęc dicit Dominus. Scribe virum instum sterilem, virū, qui in diebus suis non prosperabitur, nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda. Ex hoc autem natum esse Sal-

uatorem

natorem Euangelista Mattheus scribit.

Quod etiam titulo electionis regnum non habuerit, inde fit manifestum, quia Adolescenti illi, roganti Dominum Iesum, vt iudicium proferret in causa, quam cum fratre habebat, ita Luc. 12. respondit: O homo, quis me iudicem constituit, aut diuisorem inter vos? hoc est, nequè Imperator, nequè Respub. me iudicem constituit. Insuper cùm nouit, vt raperent eum, Regemq; constituerent, aufugit, & secessit in partem aliam.

Christus regnũ titulo electionis non habuit. Et cùm nouit se constitutum regẽ, aufugit.

Nequè iure belli, cum nunquam bella commiserit. Neque dono speciali, quoniam vt Diuus August. & Theophilactus aiunt, cùm vellet Pilatum a suspicione liberare, dixit; Regnum meum non est de hoc mundo.

Christus regnũ iure belli nunq̃ est consequutus.

Confirmat hæc, quoniam nec vtilis, nec necessaria erat illi talis auctoritas, sed potius superuacanea, cùm finis eius esset redemptio humani generis, huius autem gratia spiritualis duntaxat potestas ei erat necessaria, hac.n. poterat etiam de rebus omnibus temporalibus disponere vti existimasset humanæ redemptioni expedire. His addẽdo, temporalia non esse æterna, sed ortui, ac interitui obnoxia, at Christi regnum est æternum, attestante Dauide Psal. 2. illis verbis. Ego constitutus sum Rex ab eo super Syon, montem sanctum eius. Dixit, constitutus sũ Rex ab eo super Syon: addendo, prædicans præceptum eius. Docet illis verbis, quale nam regnum eius extiterit.

Christi finis fuit generis humani redemptio.

Temporalia non dicuntur æterna. Christi regnum æternum.

Secunda sequitur particula, scilicet, Christi Vicarium habere potestatem temporalium bonorum indirectè, ille etenim, licet vt Pontifex nullam habeat merè temporalem potestatem, habet tamen in ordine ad bonum spirituale summam de rebus temporalibus omnium Christianorum disponendi potestatem.

Papa qualiter dicatur habere tpalium bonorũ ptãtem indirectè.

Hoc nonnulli explicant exemplo artium quarundam, cùm vna illarum ad finem alterius ordinatur. Gratia exempli Frenifactiua, & Equestris, vna harum alteri subordinatur, quoniam finis vnius ad finem alterius natura propria refertur.

Ars frenefactiua, & equestris subordinata censentur vna alteri.

Damnat Bellarminus huiusmodi similitudinem; siqui-

dem in his artibus vna alteri ita subordinata est, vt vna ablata, superiore nimirum, auferatur & inferior. Verum non sic se habent potestates istæ: quoniam Politica sine Ecclesiastica consistere potest; quod in Infidelibus manifestè conspicimus. Quare hac relicta, & abiecta similitudine, aliam accipit, quæ fuit Gregorij Nazianzeni; similitudo hæc est. Vti se habet in homine spiritus, & caro, ita in Ecclesia illæ duæ potestates se habent. Caro, & spiritus sunt duæ res, quæ ab inuicem sunt separabiles, & licèt sint simul iunctæ, nihilominus ab inuicem separari possunt. habet Caro sensum, & appetitum, quibus respondent res actus & obiecta proportionata; quorum omnium finis immediatus est sanitas, corporisq; bona cōstitutio. Habet spiritus intellectum, & voluntatem, actus, atq; obiecta propria, ac pro fine animæ sanitatem, ac perfectionem. Caro inuenitur sine spiritu vt in brutis. E regione spiritus sine carne in Angelis. His fit conspicuum, nullum istorum esse præcisè ob alterius gratiā. Inuenitur etiam caro adiuncta spiritui in homine, quoniam vnam constituunt personam, necessariò habent subordinationem. Caro subest, spiritus præest. & licèt spiritus non se misceat actionibus carnis, verum permittit, vt omnes suas exerceat actiones, vt in brutis exercet: attamen, quoniam hæ officiunt fini eiusdemmet spiritus, tunc spiritus carni imperat, eamq; castigat, atq; si opus est, ieiunia indicit, aliasuè imponit afflictiones, etiam aliquo corporis detrimento, & exanimatione, linguam cogit nè loquatur, oculos ne videant, &c.

Potestas politica ne ecclesiastica consistere pōt.

Caro & Spiritus separabiles sunt.

Spiritus quō carni resistat.

Pari ratione, si ad finem spiritus obtinendum necessaria sit aliqua carnis operatio, vt ipsa etiam mors, spiritus imperare potest carni, vt se, ac sua exponat, quemadmodum in Martyribus videre est.

Potestatis politica & ecclesiastica finis.

Nec secus quidem Politica potestas suos habet principes, leges, iudicia, &c. Ita quoq; Ecclesiastica suos Episcopos, Canones, & iudicia. Illa habet pro fine temporalem pacem; Ista salutem æternam.

Inueniuntur quandoquè separatæ, vt olim Apostolorum tempore, quandoq; coniunctæ, vti nunc. quando simul

mul sunt iunctæ, vnum efficiunt corpus, ideò debent esse connexæ, & inferior superiori subiecta, atq; subordinata. Spiritualis itaq; temporalibus non miscet se negotijs; verum sinit omnia procedere sicut antequam coniunctæ essent, dummodo non obsint fini spirituali, aut non sint necessaria ad illum consequendum. Si autem tale quid accidat, spiritualis potestas potest, & debet coercere temporalem omni ratione, ac via, quæ ad id necessaria esse videbitur. *Ptās politica & ecclesiastica simul iūctę si sint, ecclesiastica est subiecta politicę.*

Comparat demum potestatem Summi Pont. cum Principibus Secularibus illorumq; legibus, & foro, inquiens, quòd si cum personis principum sæcularium Summus Pont. comparetur, non potest vt Papa ordinariè temporales principes deponere, etiam iusta de causa, eo modo, quo deponit Episcopos, id est, tanquam ordinarius Iudex; potest tamen mutare Regna, & vni auferre, alteriq; conferre, tanquam Princeps spiritualis, si id ad animarum salutem necessarium esse viderit. *Papa quo iusta de cā possit deponere principē secularem.*

Quò verò attinet ad Leges, inquit: Papam vt Papam nō posse ordinariè condere legem ciuilem, vel confirmare, vel principum leges abrogare, quia ipse non est Princeps Ecclesię Politicus; tamen potest omnia illa facere, si aliqua lex Ciuilis ad animarum salutem necessaria sit, & Reges eam condere nolint: E contra aliam abrogare, si saluti animarum noxia fuerit, & Reges eam abolere recusent. De iudicijs etiam idem sentit, dicens: Papam vt Papam ordinariè non posse de rebus temporalibus proferre iudicium. rectè ideò Diuus Bernardus ad Eugen. lib. 1. de conside. dicebat. Habent hæc inferiora iudices suos Reges, & Principes terræ, quid fines alienos inuaditis? quid falcem vestram in alienam messem extenditis? Item in criminibus, non in possessionibus potestas vestra. *Papa vt papa ordinariè nō pōt legem ciuilē condere, aut principum leges abrogare.*

Postremò: probat Ciuilem potestatem subiectam esse spirituali ratione finis, ea ratione, quoniam temporalia subiacent spiritualibus, vnumq; corpus sumus, & propterea vna in aliam subordinatur. Hæc Bellarminus. *Ptās ciuilis subicitur spirituali rōne finis.*

Confutatur opinio Bellarmini. Cap. V.

Bellarminus reprehenditur.

QVÆ opinio in neutra particula approbanda videtur: Non in prima: quia sicut ea, quæ sunt hominis in Christo, necessaria propter vnitatem hypostaticam eius diuinitati attribuntur: ita necessariò quæ sunt diuinitatis humanitati ascribuntur. Cum enim salus nostra in Deo existat, si passio Christi ad diuinitatem non pertineret, quomodo nobis sua passio esset salutifera? quod etiam magnitudo pœnæ demonstrat, Iudæos scilicet, punitos tanquam homicidas non puri hominis, sed Dei, attribuuntur ergo quæ humanitatis sunt ipsi Deo, quod tamen minus videtur possibile, quàm vt ea, quę sunt diuinitatis, attribuantur humanitati, & hoc quò ad simplex dominium creaturarum corruptibilium: vt dicatur Christus omnium inferiorum dominus, non solum inquantum Deus, sed etiam inquantum homo, habens dominium etiam pro tunc in terris non solum diuinum, sed etiam humanum, & si non immediata executione, tamen plena iurisdictione, sicut etiam ipsum Dei verbum affirmamus passum, & crucifixum in carne non in natura impassibili vt est Deus. Ideò sicut supposito diuinæ naturę attribuitur ipa passio non ratione diuinæ naturæ, sed humanæ; ita eidem supposito quæ sunt diuinitatis dominium diuinum attribuitur humanitati secundū proprietatem naturæ humanæ, vt dominium illud diuinum etiam humanum dicatur.

Salus nostra in Deo.

Iudæi puniūtur tanq̄ homicidæ nō puri hominis, sed Dei.

Christus dicitur oīum inferiorū dominus non solum inquantum Deus, sed inquātum homo.

Dominiū Christi diuinum qualiter dicatur humanum.

Præterea si puri homines morti æternæ adicti plenam a Deo super hæc inferiora iurisdictionem receperunt, veluti Tiberius, Pilatus, & alij, cur tale dominium illi denegandum est, quem Pater per se sanctificauit, & misit in Mundum? Sicut ergo contra Nestorium Cyrillus Alexandrinus in Epist. Synodali inquit: Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, anathema sit: ita & nos contrà Bellarminum si non confitetur Christum diuinum, & humanum dominium vniuersorum, quæ sunt in cælo, & in terra semper habuisse

etiam

etiam ab initio conceptionis anathema sit. Hoc ipsum enim concludendo ex præmissis, quòd sicut dominium mundi fuit in Christo diuinum, & humanum, ita & in Papa eius Vicario idem esse fatendum est. Vnde Bernardus ad Eugenium lib. 2. ait. Tu es Sacerdos magnus, & Pontifex summus. Tu Princeps Episcoporum. Tu hæres Apostolorum. Tu primatu Abel; gubernatu Noe: Patriarchatu Abraam. ordine Melchisedech. dignitate Aaron. auctoritate Moses. iudicatu Samuel. Potestate Petrus. vnctione Christus. Tu es cui claues traditæ sunt, &c.

Papa ꝗ maxima sit potestas.

Nec in secunda particula Bellarmini sententia subsistere potest. Nam temporalia & spiritualia ad tria comparari possunt: primo ad eorum productionem. secundo ad eorum ordinationem. & terito ad eorum motionem, vel actionem. Et secundum hæc tria ostendi potest Papam non indirectè, vt perperam censuit Bellarminus, sed directè in temporalibus potestatem habere. Hanc.n. primo significat temporalium productio: Nam asserere oportet temporalia non habere aliud principium productiuum seorsum a principio spiritualium productiuo, nę in Manicheorum hæresim incidamus, qui omnia corporalia non a Deo, sed a Diabolo producta esse posuerunt. Ideò ab eodem Deo, a quo producta sunt spiritualia, téporalia quoque producta censentur. Vnde & Papa, qui vicem Dei habet in terris, ex quo habet potestatem spiritualium, similiter & temporalium potestatem habere fatendum est. Et sicut Deus secundarió dici potest temporalis Rector, & Monarcha Mundi, licet in se non sit principaliter mundanus, & temporalis: ita & Papa dici potest temporalis Dominus, & Monarcha, licet sua potestas quoddam sit spirituale.

Spiritualia & tēporalia ad tria comparantur.

Papā directè in tēalib. ptātē habere, contra Bellarminum.

Manicheorū hæresis.

Deus qualiter dicatur temporalis monarcha.

Idipsum ostenditur ex temporalium ordinatione: ordinantur enim ipsa bona temporalia ad bona spiritualia tã quam organa, & tanquam instrumenta. Vnde philosophi dixerunt, quòd sine exterioribus bonis, quorum fortuna est domina, non contingit esse felicem & virtuosè operari. Componitur namque homo ex anima, & corpore, vndè

Tēalia qualiter ordinētur ad spiritualia.

Homo ex aīa & corpore compositus.

de ficut ipſum corpus ordinatur ad animam, & eſt eius inſtrumentum, quo mediante operationes ſuas exercet; ſic ipſa bona temporalia ad ſpiritualia ordinantur, vt ſint inſtrumenta deſeruientia conſeruationi vitæ ſpiritualis, ſicut corpus deſeruit conſeruationi Status vitalis. patet itaque, quòd qui prouidere debet ſuis fidelibus de ſpiritualibus, de temporalibus quoque, ſine quibus ſpiritualia in vita iſta politica nequeunt exerceri, prouidere debet; Vnde Apoſtolis dicentibus: Dimitte turbas vt ſibi emant eſcas. Dictum eſt: non habent neceſſe ire, date vos illis manducare. Et Petro ter dictum eſt, paſce oues meas, ſcilicet, verbo, exemplo, & corporali ſubſidio.

Corporalia & tẽporalia quõ moueantur & regulentur in eorũ operationibus.

Idipſum deniquè probatur ex corporalium motione, & operatione. Videmus enim, quòd corporalia, & temporalia mouentur, & regulantur in eorum operationibus per ipſas intelligentias, adeò vt philoſophi ſecundum numerum mobilium corporum numerum etiam motorum poſuerunt, vt patet 12. metaph. Iſtos quoque motores ab vno primo motore, qui Deus eſt, regulari, & moueri exiſtimarunt. omnemque ſubſtantiam temporalem, & corporalem, teſte Diuo Auguſtino, per Angelos adminiſtrari. Papæ igitur, in quo eſt poteſtas ſpiritualis, eius virtute tum ſuper ſpiritualia, tum etiam ſuper temporalia diſponere, & ordinare munus eſt. Sed ſicut in poteſtate illa attenditur aliquid vt formale, & aliquid vt materiale: formaleq; dicitur ipſa auctoritas, & iuriſdictio animæ impreſſa, ſeu perſonæ Papæ a Deo conceſſa. Materiale verò attenditur reſpectu eorum, quæ tali poteſtati ſubſternuntur; Ita illa poteſtas ſpiritualis principaliter dicetur, non ſolum ſuper ſpiritualia, ſed eò quòd etiam corporalia non niſi a ſpirituali poteſtate reguntur, & ad ſpiritualem finem ordinantur. Et ſecundariò dici poteſt temporalis quoad rationem materialem, quam in ſe poteſtas Papalis includit ratione corporalium, & temporalium bonorum, quæ etiam in ipſa poteſtate includuntur.

Papa in ptãte attenditur aliquid vt formale, & aliquid vt materiale.

Euer-

Euertuntur Rationes Bellarmini attinentes ad primam particulam. Cap. VI.

NVllo quidem labore, faciliq; negocio Bellarmini rationibus possumus satisfacere, quibus nitebatur probare, Papam nullam habere temporalem iurisdictionem directè.

Bellarmini cõfutantur rõnes, q Papa nullam iurisdictionẽ directè habeat.

Nam ad primam dum dicebar, Christus vt homo dum in terris vixit, non accepit, nec uoluit vllum temporale dominium. Summus Pontifex Christi Vicarius nobis Christum repræsentat qualis erat, dum hic inter nos uiueret; igitur Summus Pontifex, vt Summus Pontifex, nullum habet temporale dominium.

Argumentũ Bellarmini diluitur

Argumentum in forma supra deductum peccat in illatione, cùm infert, Summus Pontifex Christi Vicarius repræsentat Christum inter homines in hoc Mundo degentem, igitur non est in illo regia potestas. Antecedens duo supponit: quorum vnum indiget limitatione: alterum verò omnino est negandum. Supponit, quòd Summus Pontifex repræsentet Christum omnibus modis: quod sanè contractè accipiendum est: nimirum, vt est caput Ecclesiæ huius visibilis, ac militantis, vt uè in illo est potestatis culmen. Supponit secundo, quòd in Christo non fuerit regia potestas, quod proculdubio negandum est. Verum quia hæc suppositio est vna ex præcipuis Basibus, ac fundamentis, cui ferè totum eius ædificium innititur: propterea si in probanda hac propositione immorabor, venia dignus ero.

Papa quo Christum repræsentare dicatur.

Christũ habuisse regiam ptatẽ temporalem.

Ostendo igitur, in Christo domino nostro fuisse Regiam potestatem temporalem.

Primo Math. 2. Cùm natus esset Dominus Iesus in Bethelem, Reges sapientes orientales propriis relictis domibus in Palestinam venerunt, Hierosolymamq; ingressi, homines interrogando, dixerunt: vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Dominum appellant Regem, talemq; muneribus confitentur. Dicet fortè aliquis, non tanquam Regem temporalem, sed vt Regem æternum, a Regibus orien-

Christus rex appellatus à regib. orientalib., an tã q rex tp͡alis vel rex æternus ab eis fuerit veneratus.

rientalibus Saluatorem muneribus veneratum fuisse.

Herodis metus ob aduentū Christi, vnde ortum duxerit.

Verum hæc responsio historiæ Euangelicæ durè accómodari potest; Narrat Sanctus Euangelista Matthæus horum Regum nuntio Herodem turbatum, vniuersamq; Ciuitatem fuisse commotam, manante per eius plateas rumore, famaq; per omnes vias eunte, fremuit adeò Herodes, ac timuit, ne Regnum amitteret, noui huius magni Regis ortu, vt barbarie immanissima in paruulos innocentes insæuiendo, ab imatu, & infra, in finibus illis trucidari iusserit. Herodis hæc commotio non aliunde profecta est, nisi a Magorum colloquio, quo Regem Iudæorum Dominum Saluatorem nostrum Regem temporalem agnoscebant, & confitebantur. Nec enim ob Regem spiritualem excanduisset Herodes, nec adeò sibimet timuisset, vt impulsus timore mandasset paruulos innocētes tanta barbarie, & immanitate occidi, magna proprii Regni iactura; siquidem nouo Rege spirituali aduenien te, legem absoluturo, illius Regnum perdurare poterat, iuxta Sedulii carmē, quod a tota Ecclesia publicè canitur

Hostis Herodes impie
Christum uenire quid times?
Non eripit mortalia
Qui regna dat cælestia.

Commota est vniuersa Ciuitas, uel quoniam noui Regis nuntio accepto si esset alienigena, Regnum Hebræi amitterent, vt aliàs de Romanis dixerunt; vel si ex suis existeret, sperabant, ut ab oppresione liberarentur, Iudęi ægre ferebant tributum dare Cæsari, frequenter in ore habentes, Abrahaæ filij sumus, & nemini seruiuimus. Hanc ob eandem causam Saluatorem Dominum interrogauerunt, an liceret tributum dare Cæsari. Quare quodcunque horum admittamus, semper verum erit dicere, quòd vt Rex temporalis tunc agnitus fuerit. Quod & munera ei a Regibus oblata indicant, vt Iuuencus Præsbyter annotauit; quem Sanctus Gregorius Papa, & cum eo quamplurimi obseruauerunt.

Munera Christo oblata a regibus ptātē regiā in eo fuisse indicant.

Christus cur tributum non solue rit.

Insuper in eodem Euangelio cap. 17. hæc leguntur: Cùm venissent Capharnaū, accesserunt, qui didrachma

acci-

accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester non soluit didrachma; Ait, etiam: Et cùm intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ, a quibus accipiunt tributum, vel censum? a filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit, ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, ascende ad mare, & mitte hamũ, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me, & te. Locus est apertissimus omnem penitus reijciens interpretationem. Scandalo moti didrachmatis Exactores, Petrum interrogant, cur Christus Dominus noster tributum non solueret. Quæstio hæc est de censu, qui temporalibus soluebatur Principibus. Dominus vt propriam immunitatem ostenderet, causam uè, cur non solueret, Petrum interrogat, qui nam essent immunes ab hoc onere soluendo, an filij Regum, an subiecti. Respondente Petro, subiectos esse illos, qui tributa soluunt, infert Dominus, Regum filios liberos esse, ipsumq; immunẽ, & hæc causa erat, cur tributũ nõ solueret, nihilominus iubet Petro, vt eat ad mare, piscem capiat, os eius aperiat, in quo staterem inueniet, quo exactoribus tributum soluat; non quod teneretur, sed ne illis scandalo esset. Hic sermo est de potestate Regia temporali, huic namque tributa, & vectigalia subditi soluunt, a quorum solutione immunem se ait esse Dominus, quoniam Rex erat, & Regali prosapia oriundus. Hinc dicebat D Hieronymus locum illum exponens: Dominus noster & secundum carnem, & secundum spiritum filius erat Regis, vel ex stirpe Dauid generatus, vel omnipotentis Patris verbum, ergo tributa, &c.

Christ⁹ rex & ex regali prosapia ortus.

Insuper ingredienti Domino Hierosolymam, occurrit turba copiosa Asinæ insedenti. turba hæc vestimenta strauit in via, ramos ab arboribus abscidir, magnoq; acclamatu illum recepit. Cur autem Asinæ Dominus supersederet, enarrans Euangelista ait, ea de causa factum fuisse, vt, quæ iam prædixerat Zacharias Propheta cap. 9. adimplerentur: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, se-

Christ⁹ cur Asinæ supersederit.

dens super Asinam, & pullum eius. Vt Rex temporalis Dominus acclamatu recipitur, eo modo, quo vtuntur populi ad recipiendum principem temporalem, nec turba illa vt Messiham Saluatorem recepit: quoniam mysteriũ istud eam tunc latuit; igitur in Saluatore nostro Regia fuit temporalis potestas.

Christus regiam ptãte exercuisse dicitur, quando misit discipulos ad accipiendam asinam & pullũ eius.

Confirmantur hæc, nam Saluator noster mittens discipulos ad accipiendam Asinam, & pullum eius, ait illis: Ite in Castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis Asinam alligatam, & pullum cum ea; soluite, & adducite mihi: & si quis aliquid uobis dixerit, dicite Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos: Dominium exercuit & Regiam potestatem hoc actu, vt vnusquisq; videre potest. Vnde obseruandum est, quòd Christus antequam ouãs in regnum suum ingrederetur, prius venit Betphage ad Montem Olíueti, villam, quæ interpretatur Sacerdotum, vt ostendatur, neminem futurum legitimum Regem, nisi prius a Summo Sacerdote, id est, Pontifice confirmetur.

Christus tẽalem iurisdictionem exercuisse dicitur, quando adulteram non condemnauit a Iudęis accusatam.

Ad hæc Ioannes Euangelista cap. 9. narrat, Mulierem quandam adulteram coràm Domino a Iudæis adductam fuisse, qui Dominum interrogarunt, quid de illa esset agendum. His Dominus dixit: Quis illorum esset sine peccato, primus in illam lapides iaceret. Quibus verbis enunciatis, inclinans se, cæpit in terra scribere. Hebræi, vel redarguente illis propria conscientia, vel quod scriptura digito Domini in terra exarata, peccata illorum nefanda sibi ipsis obijci cognoscerent, intacta relicta muliere, abierunt. Cùm verò omnes recessissent, conuersus Dominus ad mulierem, dixit: Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ dixit, Nemo, Domine; statim respondendo, subiecit Dominus: Nec ego te condemnabo. Actus iste est iudiciarius, & non ad spiritualem, sed ad temporalem attinet potestatem. Nos non iudicamus quemquam: si quidem de vita & morte agitur. Porrò cùm Dominus dixerit, qui sine peccato vestrum est, primus in illam lapidem mittat, iudicium profert; igitur in illo erat iudicandi potestas.

Con-

. Confirmari poteſt, quoniam niſi in illo hæc fuiſſet auctoritas, non dixiſſet Dominus, Neque ego te condemnabo.

Inſuper in eodem Euangelio cap. 19. legimus, quòd Hebræis clamantibus coram Pilato, ab illoq; flagitantibus, vt Chriſtus Crucifigendus traderetur, reſpondit ipſe, Regem veſtrum crucifigam? Cui reſponderunt, Non habemus Regem, niſi Cæſarem. Colligitur ex hoc loco, in Saluatore noſtro agnitam fuiſſe a Pilato poteſtatem regiam temporalem. Siquidem dum ait. Regem veſtrum crucifigam? Et illi reſpondent, Non habemus Regem, niſi Cæſarem, de Rege, ac Regno temporali, non autem de ſpirituali verba facit. Cognitio hæc, quam habuit Pilatus, a quo nam principio ortum habuit? A nullo quidem alio, niſi aut a fama, quę vagabatur, aut ab aliquibus geſtis, quibus Regiam in ſe ipſo poteſtatem eſſe demonſtrauit. Habuit pro conſtanti hoc Pilatus, ideò in tabella, quæ capiti Saluatoris ſuperpoſita fuit, inſcriptum erat: *Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum.* In hac ſententia perſeuerauit, quando Iudæi indignè ferentes in ſcriptionem illam, a Pilato petierunt, vt immutaretur in hanc quòd ſe faciebat Regem Iudęorum; reſpondit Pilatus, permanens in ſua opinione, Quod ſcripſi, ſcripſi.

Pilatus nouit in Chriſto regiam p̃tãtem, quando Iudæis acclamãtibus ait, Regem veſtrum crucifigam.

Ad hæc dicentibus Hebræis Pilato, quòd ſcriberet, quia ipſe dixit, Ego ſum Rex Iudæorum, aliquo modo videntur aſſentire, aliquando innotuiſſe Regiam Chriſti poteſtatem, quam ęquo animo ferre nequibant.

Hinc dicebat Beatus Pater Auguſtinus de conſ. Euág. quia Chriſtus futurus erat Rex, Propheta, & Sacerdos; idcirco factum fuiſſe, vt ex Euangeliſtis quidam à Sacerdotio, quidam a diuinitate, quidam a natiuitate Euangelij initium faceret. Notanda ſunt verba Patris Auguſtini, & diligenter perpendenda. Triplex faciunt Euangeliſtæ propriæ hiſtoriæ initium, a diuinitate, à Sacerdotio, & ab ortu Saluatoris: quoniam futurus erat Saluator Rex, Propheta, & Summus Sacerdos. Prophetiæ principium a diuinitate acceptum. Sacerdotij initium ſumptũ ab eadem dignitate. Regis autem exordium a Chriſti

Euangeliſtæ cur. variè initium faciant hiſtoriæ euangelicę.

ortu. Porrò cùm natiuitas hæc sit secundum humanitatem, igitur ratione humanitatis Christum fuisse Regem fatendum est.

Christus rex rõne humanitatis.

Illationem verò Bellarminus probabat, sed incassum, vt iam patebit: nam ex communibus rationes existunt, at demonstrationes ex proprijs, non autem ex communibus constare Aristoteles docet Si dixero Caius ridet, quoniam est animal, malè colligo, causam communem assignando; non enim ideò ridet, quoniam est præditus sensu, quo animal existit, sed quia rationis est compos, atq; admiratiuus. Ita sanè in re proposita. ex communibus constant probationes, ideò nil cogunt.

Christus q non fuerit rex electione, quõ pbet Bellarminus.

Eas consideremus. Probat, quòd non fuerit Rex electione, loco ex Euangelio S. Lucę desumpto, vbi Dominus adolescenti familiæ hercíscundæ, & communi diuidundo intento, dixit: ò homo, quis me iudicem constituit, aut diuisorem inter vos? Hæc ratio primò ex communibus nimis constat.

Nam non eò quòd causam illam iudicare, iudiciumq; proferre negauerit, iccirco non erat Rex electione. Innumeri propemodum sunt iudices, qui nec sunt Reges electione, nec a talibus Regibus iudicem constituti. Multò maioris est ambitus causas iudicare, quàm fungi Regia dignitate. Negando proferre sententiam, & declinando ab illo iudicio, non sequitur quòd Rex non fuerit. Oppositum consequentis optimè iungitur cum suo antecedente quare vt Logica ratione, seu regula vtamur, consequentia nullius est roboris. Præterea hoc non excludit potestatem, quam tunc propter duo exercere noluit; Primo, quia in re tam parua eam habere dedignabatur. Secundo, vt ostenderet omnia ex lege naturæ esse communia negatiuè, secus positiuè, diuisionemq; esse Diaboli inuentum, Deum verò non esse diuisionis auctorem, vt docet D. Paulus 1. Cor. 19.

Christus cur regiam põtatẽ non exercuerit in adolescente familia hercíscundę & cõi diuidundo. Deum non esse diuisionum auctorem.

Et quando addebitur, fugisse Christum nè Rex constitueretur. Respondetur primo, Saluatorem cessisse Regno, dominioq; Regali sibi ab hominibus oblato, quia noluit Regem fieri per homines, qui Regnum dabat hominibus.

Christus cur aufugit ne rex constitueretur.

minibus. Silentio inuoluo, eam recusasse potestatem, vt præscriberet regulam hominibus perniciose honores appetentibus: quemadmodum paupertatem dilexit, vt eius fideles diuitiarum cupiditatibus frenum imponere addiscerent: quemadmodum contumelias passus est, vt & ipsi probra, & maledicta non debeant perhorrescere, sed ijs animum assuescere. Et deniq; (vt supra diximus) negauit adolescenti iudicium petenti bonorum suorum diuisionem: quoniam cælestibus intentus, temporalia declinabat, vt dixit P. Ambrosius.

Christus quã dilexerit paupertatem.

Et dum dicebat, Neque dono speciali Christus regiam habuit potestatem: quoniam cum vellet Pilatum a suspicione liberare, dixit. Regnum meum nō est de hoc mundo. Respondetur primo, quòd ex hac auctoritate nō habetur Christum non fuisse Regem, immò oppositum: Tu dicis. Solummodo autem illud excludere uoluit quod imponebatur sibi de vsurpatione Regni Iudæorum. verba Pilati rem clariorem reddunt, vbi dicit, Ego nullam in eo inuenio causam mortis, quam supple, vos dicitis de vsurpatione Regni Iudæorum contra Cæsarem. Respondetur secundo, quòd non dicit, Regnum meum non est in hoc mundo, sed de hoc mundo, electione scilicet mundana, aut successione in Regno, veneiat enim vt nos redimeret. At completo redemptionis mysterio sui Regni administrationem Petro contulit, & hanc potestatem in Annaniam, & Zaphiram exercuit. Act. v.

Christus administrationē eius regni Petro quō cōtulerit.

Et quando denique addebatur, Tēporalia non sunt æterna, sed ortui, & interitui obnoxia: at Christi Regnum est æternum attestante Dauide illis verbis: Ego constitutus sum Rex ab eo super Syon montem Sanctum eius, prædicans præceptum eius. Igitur non est dicendū, quòd in illo fuerit temporale Regnum. Respondetur, Dauidis Prophetæ sacra verba diminutè citari. In eodem psalmo legimus: postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrę. vtriusque Regni mentionem fecit Vates: spiritualis quidem, dum dixit: Constitutus sum Rex ab eo super Syon montem sanctum eius. Temporale autem cum cecinit; Postula a me,

Christi regnum quō æternum cēseatur.

& dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Verum illud esto, quod Sanctus Propheta vnum dumtaxat Regnum meminerit, nimirum spirituale: inde tamen non sequitur, quòd Regiam potestatem temporalem non habuerit. Et licet ex illo loco non colligeretur, ex aliis tamen locis elici potest. Peccat igitur co argumentum à singulari, vt dicunt Logici, ad exclusiuam. Rex est domi, ergo solus Rex, illatio est inefficax. Regnum Christi spirituale erat, quod prædicaret super Syon, ergo Christus solum hoc Regnum possidebat, nulla est hæc consequentia.

Diluuntur argumenta eiusdem Bellarmini attinentia ad secundam particulam. Cap. VII.

Bellarmini denuò diluuntur rõnes, Papam habere ptãtem tpalem indirectè.

VErum quemadmodum argumenta hactenus adducta infirma fuerunt ad probandam primam conclusionis particulam, vt ex eorum solutionibus apparuit: ita sanè minus sunt efficacia, quæ idem Bellarminus adducit, vt probet secundam eiusdem cõclusionis particulam, Papam scilicet, habere potestatẽ temporalem indirectè. Hoc duplici exemplo demonstrare satagens; primum ab artibus (vt dicunt) subalternantibus, & subalternatis, vt ab ea, quæ frena facit, & ab ea, quæ domat equos. Aliud verò a spiritu, & carne desumptum. Primo autem abiecto. Secundo accepto. Hinc demum tria corellaria eliciẽs. primum: Papam vt Papam ordinariè temporales Principes etiam iusta de causa, eo modo, quo Episcopos priuat Episcopatu, nimirum tãquam iudex verus, & ordinarius, deponere non posse. nihilominus mutare Regna, vni auferre, & alteri conferre tanquam Princeps spiritualis, si id vergit in bonum animarum, sitq; ad illarum salutem necessarium. Secundum: Papam vt Papam ordinariè non posse condere leges ciuiles, aut infirmare Principum decreta: cùm non sit ipse Politicus Princeps. Tertium: Non posse Papam ordinariè de rebus temporalibus iudicare.

Papam ẽt iusta de cã ordinariè principes tpales deponere non posse ex sententia Bellarmini, qua damnatur.

Papam ordinariè non posse condere leges ciuiles: qua opinio damnatur.

Nec de reb. tpalib. iudicare.

Hæc omnia sunt dilucidanda, vt quid ipse velim,

ſim, vnuſquiſque percipere valeat. Primo relicto exemplo, ordiora ſecundo a carne ſcilicet, ac Spiritu deſumpto. Quæ res licet in homine coniunctæ reperiantur, nihilominus in brutis, & Angelis ſeiunctæ exiſtunt. Verum res ad reſtim redit, adhucq; eidem luto hæremus. Si quidem, quemadmodum in artibus illis imperfectior eſt in gratiam perfectioris: ita inuitis illis imperfectior eſt in gratiam perfectioris, ignobilior in gratiam nobilioris. Lex eſt Naturæ inuiolabilis vt imperfectum ſit in gratiam perfectioris, quam ſecutus Ariſtoteles 2. de ani. tex. 4. & 14. vſque ad 22. diſſerendo, longo examine docuit, animam vegetalem imperfectiorem eſſe in gratiam perfectioris, atque vbi perfectior reperitur, ibi etiam imperfectior, ablataq; perfectiori, vbi plures ſunt, imperfectiorem deſtrui atq; perire. Eſt in homine plantarum virtus, eſt ſenſus, ac intellectus, ſeparetur anima intellectiua à corpore, vegetalis, & ſentiens vbi nam erunt? viuimus primo vitam plantę, demum animalis, poſtremo hominis, vt dicebat Ariſtoteles 2. de gene. ani. cap. 3. ſenſu, & ratione ducibus, inferiores hę vitæ in gratiam ſunt ſuperioris, quare argumentum reflectendo, ſic dicere poſſumus: vti ſe habent in humano corpore ſenſus, & intellectus: ita Poteſtas ſecularis, & ſpiritualis in Eccleſia. at in corpore hvmano ſenſus obtemperat intellectui, omninoq; ei ſubditur, & eſt in gratiam illius, ac ablato intellectu, ruit ſenſus: igitur in Eccleſia Poteſtas Politica omnino ſpirituali ſubdita erit, in gratiam uẽ eius, & hac ablata, illam auferri neceſſe eſt. Minor ex ijs, quæ hactenus dicta ſunt, conſpicua redditur. Maior aũt inde probatur, q̃m de principibus, ac poteſtatibus, quæ ſunt in Eccleſia, eſt lis, & controuerſia. Eccleſiam autem perſimilem humano corpori facit Apoſtolus inquiens, nos eſſe illius membra, cuius caput Chriſtus eſt. Quæ dicta ſint, vt ſit conſpicuum, quanti roboris aduerſa ratio exiſtat. Verum tamen illud eſt, quòd argumentum parum, aut nihil poteſt nobis eſſe negotij, qui dicimus, a prima ſummi Pontificis regia poteſtate alias pendere, ad eamque in iudicijs referri.

Spiritus & caro in hoĩe licèt ſint coniuncta, ĩ brutis tamẽ & Angelis ſeiuncta exiſtunt.

Poteſtas ſpiritualis & tẽpalis q̃uo conſiderentur in eccleſia.

Intellectus ĩ corpore humano dominatur ſenſui.

Poteſtas tẽpalis ĩ eccleſia ſubdita dicitur ſp̃uali.

Quod

Sensus in corpore humano hēt proprias operationes

Quod verò sensus proprias habeat operationes, quibus mens non misceatur, & indè nonnunquam euenire, vt Spiritus ab elocutione linguam auocet, manus a tactu arceat, gustui cibos, auditui sonos deneget. An hæc satis cautè dicta sint, aliorum sit iudicium. Vnica in nobis est anima, omnium Theologorum assensu, quod etiam optimis Peripateticis, Alexandro præcipuè arrisit. Vnumquodq; agit per quod est in actu; per rationalem animam homo est in actu, & per hanc omnia munera facit, uegetat, homo hominem generat inquit Aristoteles 12 metaph. tex. 13. & 2. physic. tex 26. hac sentit, hac intelligit. Si ergo vna est anima, de hac nō est, quòd loquamur, tanq̃ de rebus inter se verè seiunctis: nisi velimus omnino impropriè loqui, ac in nobis plures animas ponere subiecto distinctas: vt Platoni tamquam probrum Aristoteles obijcere solebat. Insuper, si Spiritus sensibus legem ponit, & propria auctoritate errantes corripit, cur non potest summus Pont. vt Pont. est, inferiorem auctoritatem, vbi iusta adsit causa, castigare, cùm spiritus, vt spiritus hęc efficiat? Quod si quis dixerit, Papam in ijs, quæ sunt huius sæculi indirectè posse.

Anima vnica in homine.

Hō per rōnabilē aiam oia opatur

Papę authoritas suprema.

Quamuis Hæc responsio iam reiecta fuerit, vbi ostendimus, a prima hac potestate directè alias omnes iudicari. Dicant mihi isti Neoterici, si per ea quæ dicta sunt, vnus statuendus est directè Dominus totius orbis, etiam in temporalibus, vt ipsi quoq; admittunt, & per eosdem Imperator is esse non potest, & nunquā fuit, vt in tract. de iniur. lib. 5. tit. de Tyrrānide apertissimè demonstrabo. quis igitur, nisi Pontifex Max. erit? Nec tenet ipsorum consequentia, vbi dicunt, Pont. Max. habet dominium temporale in ordine ad spiritualia, ergo non propriè, nec directè: sequeretur enim quod neq; vllus Rex directè Dominus esset in temporalibus; cum ipsorum quilibet etiam Regum in ordine ad aliud suum temporale dominium retineat, per glos in cap. statutum de rescript. lib. 6. in ver. no. & cum delegatus. vbi dicit quod Regibus competit Dominium temporale in ordine ad iustitiam ministrandam; & per Arist. 3. Polit. cap. 5. quod Regia po-

Dominus vnus totius orbis ēt ex sententia Neoterricorum statuendus est.

testas

testas est, cùm vnus ad vtilitatem communem respiciens gubernat. In hoc certè conuincuntur, quòd Christus quatenus homo etiam, est directè Dominus totius orbis etiam in temporalibus. Ioan. 5. potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. ergo & Papa cum sit eius Vicarius, cap, rogamus 24. q. 1. consequentia postea inde deducitur; quoniam eadem est iurisdictio delegati, & delegantis, Syluest. & Ang in ver. delegatus nu. 5. Idem est consistorium. Host. in cap. quanto. de transla. Et idem tribunal. cap. non putamus, de consue. in 6.

Delegati & delegantis eadē cēsetur esse iurisdictio.

Diluuntur Corellaria Bellarmini. Cap. viij.

ACcedamus ad Corellaria. Primum illorum hoc erat: Papam vt Papam principes temporales iusta de causa non posse deponere, eo modo, quo Episcopos ab Episcopatu abdicare solet.

Respondeo, quòd vox illa quatenus, quæ apud Logicos appellatur nota reduplicatiua, primo significat formam, demum omne genus causæ: Papa verò trifariam sumitur, vel tanquam Pater, vel Sacerdos, vel Christi Vicarius. Cùm igitur inquit Aduersarius, Papa quatenus Papa, sensus verborum primò hic esse potest: Papā secundum esse Patris, id est, vt Pater quemadmodum Papa nobis indicat Patrem, non potest &c. At hoc sensu accipi non potest, vt Summi Pontificis Clementis decreto cautum fuit. Neque etiam potest esse sensus, quòd Papa vt Sacerdos eadem de causa minimè possit, quia B. Clemens, vt soli Christi Vicario nomen illud esset tribuendum, decreuit. Et dictio quatenus est de omni, vt contex. 5. primi poster. docet Arist.; quare si ei competeret, quatenus Sacerdoti, hoc iudicium omnibus Sacerdotibus competeret. Superest igitur, vt ea significatione accipiatur, vt est Summus Sacerdos, Christiq; Vicarius. Sed hac acceptione si verba intelligantur, id, quod Bellarminus tamquam certum, ac verum existimauit, a veritate semotum erit. Christi Vicarius propriè dicitur Papa: at in Christi Vicario est apex vtriusq; Potestatis:

Dictio, quatenus est nota reduplicatiua apud logicos.

Papa trifariam sumitur.

Christi Vicarius dicitur propriè Papa in quo est apex vtriusque potestatis.

& ideò vt Papa, inferiores Poteſtates dijudicat. Moyſes enim iudex a Deo ſuper Pharaonem conſtituitur Exod. cap.7. igitur Papa habet poteſtatem ſuper Principes, & Reges: Conſequentia probatur: quoniã Moyſes à Deo eſt conſtitutus Iudex ſuper Pharaonem. Moyſes autem Summus fuit Sacerdos. Quòd ſi Summi Sacerdotes veteris legis hac poteſtate functi ſunt, multò ſanè magis Nouæ legis illa fulgebunt.

Moyſes ſummus Sacerdos conſtitutus fuit a Deo ſuper Pharaonẽ.

Quod confirmatur per tex. in cap. per venerabilem. qui fil. ſin. leg. & in cap. ſolitæ. de maio. & obed. Quibus in locis docet Summus Pontifex plenam iudicandi poteſtatem, temporalia, Reges, & Principes in Chriſti Vicario reperiri varijs rationibus ex veteri ac nouo Teſtamento deſumptis. Increpauerat Papa Conſtantinum Imperatorem, ea de cauſa, quoniam Patriarcham Conſtantinopolitanum eo non erat proſecutus honore, qui tantæ dignitati conueniebat. Miratus eſt Imperator Papæ repræhenſiones, illaſq; ægrè tulit. Summus Pontif. re hac cognita, ſumpſit calamum, & ad Imperatorem literas dedit, quibus oſtendit ab ipſo iudicari poſſe Reges, & Principes. Ad hoc efficiendum accipit illud a Domino Hieremiæ dictum: nimirum: Ecce conſtitui te ſuper gentes, & Regna, vt euellas, diſſipes, & ædifices, & plantes. Hæc verba non a quolibet dicta ſunt, ſed a Deo; nõ Regi, ſed Sacerdoti: non de Regia ſtirpe, ſed Sacerdotali proſapia deſcendenti, & de Sacerdotibus, qui erant in Anathot. Quòd ſi hæc dicta fuerunt Sacerdoti, multò ſanè magis, concludit Sanctus ille Pater, Summo Pont. dicta erunt. Conſequentia eſt Beati Innocentij loco nunc citato. Alias in præallegato cap. adducit auctoritates, quas nè Lectorem tædio afficiam, omitto.

Conſtãtinũ Imp. increpauit Papa, quoniã Patriarcham Conſtantinop. non proſecutus eſt digno honore,

Tranſeamus ad ſecundum Corellarium, quod huiuſmodi erat. Papa leges Ciuiles condere, aut confirmare, vel Principum leges infirmare nequit, cùm non ſit in Eccleſia Dei Politicus Princeps.

Papã non eſſe ĩ eccleſia principẽ politicum ex ſententia Bellarmi. quæ diluitur.

Aſſertio hæc vti falſo innititur fundamento, ita propria ruit imbecillitate. Si Papa principatum obtinet, cur leges ſancire, & promulgare non poteſt? Dicet quiſpiam, quòd

Papa

Papa leges condit, sed non vt Papa. Optimè quidem loqueretur, si his verbis intelligeret Papam non esse principem: quoniam sui excellentia omnes temporales auctoritates vincit, & longè illas dignitate superat: at quoniam contrario sensu proferuntur, nimirum, quòd non sit in eo potestas promulgandi ciuiles leges, quia princeps non est politicus, ideò afferenda est responsio. Negatur primò, ꝙ Papa vt Papa non sit princeps. Anteactis disputationibus ostendimus, vocē hanc soli Christi Vicario conuenire decreto Clementis Summi Pontificis, in quo Vicario culmen temporalis auctoritatis, ne dum fastigium sacerdotalis dignitatis, reperiri pariter demonstratum fuit. Ideò falsum est, quòd Papa vt Papa leges ciuiles condere, & Cæsareas immutare, ac corrigere nequeat, si Reges ipsos, & Imperatores ei emendare licet. cap. Adrianus. 63. dist. Ad hæc, diuinæ legis est executor, vt Imperator legis humanæ est conditor: quare planè leges ciuiles castigare poterit, quò leges humanas Diuina emendare debet. Quare Beatus Pater Augustinus 1. de libe. arb. cap. 5. dicebat; Videtur mihi lex ista, quæ regendis Ciuitatibus fertur, multa concedere, atque multa impunita relinquere, quæ per diuinam legem iudicantur. Porrò cùm diuina lege hæ Sanctiones iudicandæ sint, ac corrigendæ, has Papa immutare, ac emendare poterit.

Papa condere & promulgare leges pōt, & ciuiles abrogare, ac cęsareas.

Papa ptās oēs tēporales auctoritates vincit.

Papa diuinę legis executor, dicitur veluti Imperator legis humanæ conditor.

Tertium Corellarium, quod a Bellarmino vltimo loco adiectum fuit, Pontificem scilicet, non ferre iudicium in temporalibus, iam fuit explosum, & infra diffusius explodemus: concludentes interim, supremam omnes iudicandi potestatem, & vtriusque dignitatis fastigium, ac vtriusque potestatis culmen in Christi Vicario reperiri.

Papa hēt supremā oium iudicādi potestatem.

Examinatur tertia opinio, eaq; probatur primo communi maximorum Theologorum auctoritate. Cap. IX.

TErtia erat opinio, Summum Pontificem iure diuino habere plenissimam potestatem in vniuersum orbem terrarum, tum in rebus Ecclesiasticis, tum in Politicis. Quam opinionem approbandam censeo, eamq; com-

Papam iure diuino habere plenissimam ptātē in vniuersum orbem.

munis Theologorum ſchola ſecuta eſt. Diuus enim Thomas lib.3. de reg.princ. cap.10. in hæc verba ait: Dominium quoddam eſt Sacerdotale, & Regale ſimiliter; aliud aũt Regale ſimiliter, ſub quo Imperiale ſumitur; tertiũ verò Politicum. quartũ aũt œconomicum. Primum cæteris antefertur multiplici via, ſed præcipuè ſumitur ex inſtitutione diuina, videlicet Chriſti: Cum enim eidem ſecundum ſuam humanitatem ſit omnis collata poteſtas, vt patet Matthæi cap. 16. dictam ſuam poteſtatem ſuo communicauit Vicario, cum dixit. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cælorum; & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis; & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in Cęlis Et mox: Quod ſi dicatur ad ſolam referri ſpiritualẽ poteſtatẽ. hoc eſſe non põt, quia corporale, & tpale à ſpirituali & perpetuo dependet, ſicut corporis operatio ex virtute animæ. Sicut ergo corpus per animam habet eſſe, virtutem, & operationem, vt ex verbis Philoſophi, & Auguſtini de immortalitate animæ patet, ita & temporalis iuriſdictio Principum per ſpiritualem Petri, & ſucceſſorum eius, principium. Hæc ille.

Dominium Sacerdotale cæteris anteferẽdũ eſse.

Quin eſt hoc adeò verum, vt cap.19. ſcribat. Videtur Vicarius Chriſti habere plenitudinem poteſtatis, cui cõpetit dicta prouiſio ex triplici genere. primo quidem diuino, quia ſic videtur voluiſſe Chriſtus ex verbis ſuperius introductis, & infra etiam oſtendetur: ſecundo verò ex iure naturali, quia ſuppoſito ipſum primum locum tenere in principatu, oportet eum dici caput, a quo eſt omnis motus, & ſenſus in corpore myſtico, per quod habemus, quòd omnis influentia regiminis ab ipſo dependet. Amplius autem in communitate oportet attendere ad conſeruationem ipſius, quia hoc natura requirit humana, quæ ſine ſocietate viuere non poteſt. conſeruari autem nequit, niſi per dirigentem primum in quolibet genere hominum. & hoc eſt in actibus hominum primus Hierarcha, qui eſt Chriſtus, vnde eſt primum dirigens, & conſulens, & mouens, cuius vices Sũmus Pont. gerit.

Ptãtis plenitudo quõ conſideretur in Papa.

Rurſus

Rurſus idem in.2.diſt.44 q.2 poteſtas, inquit, ſpiritualis, & ſæcularis vtraque deducitur à poteſtate diuina, & ideò in tantum ſæcularis poteſtas eſt ſub ſpirituali: in quantum eſt ei à Deo ſuppoſita, ſcilicet in his, quæ ad ſalutem animæ pertinent, & ideò in his magis eſt obediendum poteſtati ſpirituali, quàm ſæculari, in his autem, quę ad bonum ciuile pertinent, eſt magis obediendum poteſtati ſæculari, quam ſpirituali, ſecundum illud Matthæi. cap. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo: niſi forte Poteſtati ſpirituali etiam ſæcularis poteſtas coniungatur, ſicut in Papa, qui vtriuſque poteſtatis apicem tenet, ſcilicet ſpiritualis, & temporalis, hoc illo diſponente, qui eſt ſacerdos, & Rex in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, Rex Regum, & Dominus Dominantium, cuius poteſtas non auferetur, & Regnum non corrumpetur in ſæcula ſæculorum. Amen. Hæc ille.

Papa vtraq; poteſtas deſcendit a diuina ptāte. Et inquantū ſæcularis ptās ſubiaceat ſpirituali.

Henricus Gandauenſis Doctor Sorbonicus, qui ante annos tercentum floruit, in quolibet.6.q.23. ſic ait: De iure diuino & naturali ſacerdotium ſupereminet Imperio, & penès ipſum reſidet de iure diuino, & naturali vtraque iuriſdictio, & ſuper ſpiritualia, & ſuper temporalia, & ſimiliter eius immediata executio. Vnde in tempore legis naturæ ſimul ambo currebant, Regnum, & Sacerdotium, & omnes primogeniti Regum Sacerdotes erant, & Reges, & iuriſdictionem in temporalibus exercebant, nec debebant diſtingui illo tempore, quia nondum erant Sacerdotes vocati ad ſpiritualis vitæ exercitium, ſicut tēpore gratiæ. Sicut e iam ambo currere debebant propter eandem rationem in Lege Moſaica, ſicut & cucurrerunt vſq; ad Samuelem, ſub quo populus petijt ſibi Regem, quem, quantum erat ex parte populi, Dominus conceſſit in onus propter peccata eorum. Vnde dixit Dominus Samueli: Non abiecerunt te, ſed me, ne regnem ſuper eos: diſponente tamen æterna prouidentia, quæ mala noſtra, & ea, quæ concedit pro peccatis noſtris, in bonum conuertit, hoc factum eſt in præſagium eius, quod futurum erat, Deo ordinante in noua lege, & vt Sacerdotes expe-

Sacerdotium de iure diuino & naturali ſupereminet Imperio.

Regnum & Sacerdotium tpe legis naturæ ſimul concurrebant.

Iudęi ſub Samuele petierunt ſibi dari regem: quē eis conceſſit Dominus propter eorum peccata.

expediti à iudicijs temporalium assuescerent imminente tempore aduentus Christi vacare spiritualibus, qui veniens Rex, & Sacerdos simul secundum ordinem Melchisedech, qui simul erat Rex & Sacerdos Dei, Sacerdotium, quod per accidens secundum prædicta fuisse factum erat in lege Mosaica, in qua Sacerdotes subiecti erant Regibus, ad libertatem Sacerdotii legis naturæ reduxit: in qua in eadem persona vtraque dignitas iuxta cursum legis naturæ debuit residere, qui Rex, & Sacerdos debuit esse ordinarius suæ gentis & hoc principalius ratione, qua Sacerdos super spiritualia principaliter, quàm ratione, quia Rex super temporalia principaliter. Vnde, & si fuissent Reges alij ab institutione, qui non essent sacerdotes, sub quibus essent sacerdotes non ordinarij, sed instituti, illi subesse debuerunt illi, qui simul Rex esset, ac sacerdos ordinarius; & hoc non tam ratione, qua Rex erat, sed ratione, qua sacerdos erat. Hęc ille. qui & paulò ante, cum aliquid, inquit, fuerit difficile, vel ambiguum; tunc ad iudicium est Sedis Apostolicæ recurrendum. & secundum hoc sacerdos Apostolicus se habet ad Reges, & principes, tanquam Architecti ad Artifices. Illi enim propter quid, & regulas iudicandi sciunt; isti mechanici verò, tanquam experti in multis, ipsum, quia, sciunt; propter quid autem, ignorant, propter quod debet illis leges dare, secundum quas debent iurisdictionem suam exequi, & populum regere, nec aliorum leges recipere, nisi per ipsum prius fuerint approbatæ. Hucusque Henricus.

Sacerdotes in lege Mosayca subiecti erãt Regib.

Papa qualiter se habeat ad Reges & Principes.

Nunc audiamus Sanctum Antoninum titulo tertio de dominio Regnorum, cap. 2. nec non 3. part. sum. tit. 22. c. 5. §. 17. hæc verba facientem: Qui autem dicunt, Papam in orbe terrarum totum dominium habere super spiritualia, non autem super temporalia, similes sunt Consiliariis Regis Syriæ, qui dixerunt, Dij montium sunt Dij eorum, & ideò superauerunt nos, sed pugnemus contra eos in campestribus, & in conuallibus, in quibus Dij eorum dominium habent, & obtinebimus contra eos. 3. Reg. 20. Sic hodie mali Consiliarii adulatione

Papa ptãs in Spiritualib. & temporalibus quenã sit, ex sententia S. Antonini comprobatur.

tione pestifera seducunt Reges, & Principes terræ, dicentes: Dii montium, putà Spiritualium bonorum sũt, Summi Pontifices, sed non Dii vallium, quia temporalium bonorum nullum dominium habent. Ideò in campestribus, in potentia scilicet bonorum temporalium, pugnemus contra eos, & obtinebimus. Sed, quid dicat eis Diuina sententia, audiamus. Quia dixerunt, inquit, Syrii, Deus montium est Deus eorum, & non Deus Vallium, dabo hanc multitudinem in manu vestra, & scietis, quia ego sum Dominus. Hæc vir ille.

S. August. verò Triumphus in prin. Summæ de potestate Eccle. ita inquit:

Quamuis Dei filius humani generis naturam assumẽs infirma mundi elegerit, vt fortia quæq; confunderet: ecclesiasticæ tamen potestatis altitudinem suos fideles latere noluit: quinimmò tanquàm supra petram fundatam, ipsam esse supra omnem principatum, & potestatem: vt ei genua cuncta curuentur, Cælestium, Terrestrium, & Infernorum, verbis apertissimis declarauit: vnde error est, pertinaci mente non credere Rom. Pont. vniuersalis Ecclesiæ Pastorem, Petri successorem, & Christi legitimum Vicarium supra spiritualia & temporalia vniuersalem nõ habere primatum. In quem quandoq; multi labuntur dictæ potestatis ignorantia. Quæ cum sit infinita, eo quòd magnus Dominus & magna virtus eius, & magnitudinis eius non est finis, omnis creatus intellectus in eius perscrutatione inuenitur deficere. Multi verò hominum cõplacentia: quia sic multa de diuino cultu, & Christi reuerentia vsurpata sunt: quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera. Multò magis hac duplici causa multa subtrahuntur de Christi Vicarii Dominio & potentia. Multi autem curiosa sciẽtia, & vtinam non elata superbia cupientes ex quibusdam nouis videri potius, quàm videre, & sciri potius, quàm scire: imitantes, in hoc illos curiosos & superstitiosos Athenienses, qui ad nihil aliud vacabant nisi audire, vel discere aliquid noui. His omnibus modis impugnatur quandoq; Christi sponsa, sed vinci non potest: *Atheniensiũ superstitio & curiositas.*

Nauicula ecclesia tẽpestates patitur, sed nõ mergitur.

tempestates suscipit, sed non demergitur; iacula mittuntur in eam, sed non perforatur, machinamenta præparãtur, sed turris Dauidica non eliditur. Huic tamen pestifero morbo salubri remedio prouidetur, cũ a Sacræ Scripturæ Doctoribus varia & diuersa conscribuntur. Hæc ille.

Papa vniuersaliter oẽs sunt subditi.

Sequitur testimonium Roderici Sancii Episcopi Zamorensis lib. de origine, ac differentia principatus, Sic itaque hic par. 1. Nemo nisi Christus, vel eius Vicarius in terris, potest dicere illud, quod Propheta de Christo dixerat, Mihi, inquit, alienigenæ subditi sunt. nam propter vniuersale dominium nullus mortalium est ei alienus, & non subditus: quia scriptum est de eo, Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Et iterum. omnes gentes seruient ei, & dominabitur a mari vsque ad mare. Et iterum. omnis terra possessio eius. Et rursus: Romanus Pontifex vice Christi principatur in vniuerso orbe in spiritualibus, & temporalibus, & de illo loquuntur iura, auctoritates, & rationes supra allegatæ. Et propè finem partis primæ concludit: Est verò naturaliter, moraliter, & diuino iure cum recta fide tenendum, principatum Romani Pontificis esse verum, & vnicum immediatum principatum totius orbis, nedum quoad spiritualia, sed quoad temporalia, & principatum Imperialem esse ab ipso dependentem, & mediatum, ministerialem, & instrumentalem eidem subministrantem, & deseruientem. foreq; ab eo ordinatum, & institutum, & ad iussum Principatus Papalis mobilem, reuocabilem, corrigibilem, & punibilem, de quo ministeriali principatu pulchrè ait Isidorus lib. de sum. bon. Potestates, inquit, sæculares necessariæ non essent, nisi, quod non præualet sacerdos efficere per doctrinæ potestatem, princeps hoc imperret per disciplinæ tenorem. Ecce, inquit, necessariæ non essent. Ex quo apertè innuit, quòd in hoc mundiali regimine Principatus Sæcularis de pura, & mera necessitate, vel etiam expedienti necessarius non est, nisi quando Ecclesia non potest. Si ergo posset malos coercere, non est necessarius

Principatus Ro. Pont. dicitur unicus totius orbis. & principatus ĩperialis ab ipso dependet.

Prin-

Principatus Imperialis,& sæcularis: cùm includatur vir tualiter in Principatu Apostolico. Vnde Ambrosius ait. quòd Pontifices Summi solum pro cursu rerum temporalium Imperialibus Legibus vtuntur. Resoluendo igitur istum articulum, dicimus,quod in tota machina mundiali non est nisi vnus Principatus, ideò non debet esse, nisi vnus vniuersalis,& supremus Princeps, & Monarcha. Nam vltra prædicta illud natura ipsa docet. Vt.n. inquit Philosophus in 12. Metaph. Entia nolunt malè disponi, ideò vnus est Principatus, & vnus Princeps supremus totius orbis, qui est Christi Vicarius: iuxta illud Danielis cap.8. Dedit ei potestatem,& honorem,& Regnum,& omnes populi,& linguæ seruient ei. In illo igitur est fons,& origo omnis Principatus,& ab eo cæteræ Potestates defluunt. Hæc ille.

Papa imperialibus legib. utitur solum pro cursu rerum tẽpalium. Principatus vnicus in toto orbe.

Cui quidem opinioni subscripserunt Alexander Alensis in quarta par. sum. q. 10. par. 2. §. 2. Hugo e S. Victore lib. 2. par. 2. cap 4. S. Bonauentura in 4. dist. 37. in expos. lit. dub. 4. lib de Eccl Hierarch. par. 2. affirmans idem sentire Vbertinum de Casale,& Petrum de Tarantasia. Præter hos idem tradunt Raynerius Pisanus in sua sum ver. Dominio cap. 5. B. Ioannes è Capistrano tract. de aucto. Papæ. par. 1. secundæ par. nu. 4. & 5. Gabriel Biel. in expositione Canonis Lect 23 Ægidius Romanus lib. de potest. Eccles. cap. 7. Alexander de S. Elpidio libro eodem cap. 6. Iacobus de Viterbio, Gulielmus Cremonensis. S. Bernardus lib 4 de conside. ad Eugen. Aluarus Pelagius de planctu Eccles. cap. 13. Siluester Prieras in sum. ver. Papa. §. 10 & 11. Ioannes Selestadiensis in Quadriuio par. 1. Tartaretus in 4 dist. 18. q. vnica. Naclantus lib. de Potest Papæ. Franciscus Mayronis cognomento Doctor illuminatus in 4. dist. 19. q. 4. Franciscus de Siluestris Ferrariensis in cap. 76. lib 4. aduersus gentes. Nuperrimè verò Celsus Mancinus in tract. de Iuribus Principatuum, lib. 3. cap. 1. & 2. qui ita scriptum reliquit. In Summo Pontifice est vtrauis Potestas, seu iurisdictio spiritualis, atque temporalis; & vti omnium est eminentissimus in potestate spirituali, ita etiam in temporali,

Papa est fons & origo oīs principatus, a quo cæteræ potestates defluunt.

Papa sicut est oīum eminentissimus in potestate spirituali, ita ẽt in temporali.

porali, adeò vt liceat de Christi Vicario illud similitudine quadam asserere, quod Plato in Timæo dixit de Deo, quatenus in Timæo, quid nam esset Deus, respondit, Nõ est homo, non cælum, non bonum, sed quid præstantius, Roget quis, an Summus Pontifex sit Dux, Rex, Imperator, an vè Princeps, cautè respondebit, si negando asseret, esse quid præstantius, quid vè eminentius. Hæc ille.

Ex his apparet, hanc esse Theologorum communem sententiam, Papam iure diuino habere plenissimam potestatem in vniuersum orbem terrarum tum in rebus Ecclesiasticis, tum in Politicis.

Eadem probatur communi Canonistarum testimonio desumpto ex cap. per venerabilem, qui fil. sin. leg.
Cap. X

Doctores porrò Canonistæ sic adhæserunt huic decreto, vt infinitum sit illos enumerare, recensentur multi a Lælio Zeccho in tractatibus Theologicis loco quinto, & ab eodem Bellarmino de Potestate Pont. lib. 5. c. 1. necnon ab Abb. ante eos in cap. nouit. extra de iudic. Hic factum, vt audacter dixerit Bartolus maturi vir iudicii in l. 1. §. 1. ff. de requiren. reis. opinionem contrariam esse hæreticam. Istorum autem ostensio desumitur primò ex loco Deuteronomii relato in cap per venerabilem, qui fil. sin. leg. Cuius hęc sunt verba. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicium videris variari, venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudicii veritatem: & facies quæcunque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisq; eorum sententiam, qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, decreto iudicis morietur. Ex his verbis supponit ibi tanquam firmum: quod nullus negare quidem potest, scilicet, quod lex secunda primam inter-

Papam non habere vtranq; potestatem si quis dixerit, hæreticũ est tradit Bart.

Lex secunda necessario primam interpretatur.

tet-

terpretetur, & ex vi vocabuli comprobatur; inde sequitur, vt quod ibi decernitur, in nouo Testamento obseruari debeat. Locum autem, quem elegit Dominus, Apostolicam Sedem esse nemo negabit: præcipuè si ea mente reuoluet, quæ dixit Dominus Petro, fugienti, cum iam vrbem exiuisset. Volens Saluator ad locum, quem elegerat, eum reuocare, ab illo interrogatus, Dñe quo vadis? respondit, venio Romã iterum crucifigi. Quæ pro se dicta esse intelligens, ad locum ipsum protinus reuersus est. Leuitici generis Sacerdotes sunt fratres Papæ, qui eidem iure Leuitico Sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò super eos Sacerdos, siuè index existit, cui Dominus inquit, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis. Vicarius illius, qui est Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Tria Iudex iste iudicia distinguit, inter sanguinem, & sanguinem, inter causam & causam, inter lepram & lepram: per primum, criminale, & ciuile; per secundum, Ecclesiasticum, & ciuile; per vltimum, Ecclesiasticum, & criminale accipit. In ijs: si quid controuersum, ac dubium extiterit, ad sedis Apostolicæ iudicium recurrendum est: cuius sententiam qui superbiæ tumore contempserit obseruare, mori præcipitur, id est, per excommunicationis sententiam, veluti mortuus a communione fidelium separari. Hæc Papa, oraculo diuino Duce. Quibus colligitur, quòd non tantum Ecclesiastica, verum & sæcularia munus illius sit iudicare, & Principes, ac Reges eius iudicio subdere. propterea ibi Papa iure merito Regis Franciæ filios, qui de aliena videbantur esse iurisdictione legitimat.

Sacerdotes Leuitici coadiutores officii Sacerdotalis Papę existũt.

Papa ptãs ad q̃ extendatur.

Verum ad hunc tex. cap. per venerabilem. dupliciter respondent nonnulli Politici, primò, quòd licet ad Papam tanquam ad summum patrem, si aliquid arduum contigerit, recurrendum sit, non tamen ob id esse inferendum, vniuersalem sæcularium cognitionem in Papa principaliter existere. Consequentia enim, dicunt ipsi, non est bona, quia assumptum, seu prædicatum est de parte aliqua, & consequentia infert ad totum,

Papa in arduis an habeat vniuersalem Sacularium cognitionem.

quæ quidem non eſt eadem ratio vt in parte. Sed hic in toto non eſt eadem ratio, quoniam ſi omnis temporalium adminiſtratio eſſet in Papa, diuino vtique cultui detraheretur.

Papa an ſolum ĩ patrimonio B.Petri habeat plenã in tpalib. poteſtatem.

Secundò dicunt, verbis huius tex. conſpicuum eſſe Papam ſolum in patrimonio Beati Petri in temporalibus plenam habere poteſtatem, in aliis verò Regionibus minime. Verba hæc ſunt. Inſuper, cum Rex in temporalibus ſuperiorem minimè recognoſcat, ſine iuris alterius læſione, in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubiicere potuit, in quo videtur aliquibus, quòd per ſe ipſum, non tanquam pater cum filiis, ſed tanquam Princeps cum ſubditis, potuit diſpenſare. Tu autem noſceris aliis ſubiacere. Hæc Beatiſſimus ille Pontifex. Ex quibus colligunt Aduerſarii, Regem in temporalibus neminem ſibi ſuperiorem cognoſcere.

Reges in tpalib. neminem in ſuperiorẽ recognoſcunt.

Papę iuriſdictio oibus aliis pſtat, & oia amplectitur loca.

At omiſſa prima Politicorum reſponſione, quam eſſe falſam oſtendimus in c.3.tertio huius tract. Accedamus ad ſecundam, quæ licet prima facie neſcio quid roboris in ſe continere videatur, nihilominus ſi rectè eundem tex. quis rectè conſiderabit, videbit profectò quòd gratis adducitur. Si quidem in eo reſcripto hæc verba leguntur: Rationibus igitur his inducti, Regi gratiam fecimus, requiſiti, cauſam tam ex veteri, quam ex nouo teſtamento trahentes, quòd non ſolum in Eccleſiæ patrimonio, ſuper quo plenam in temporalibus gerimus poteſtatem, verum etiam in aliis regionibus, certis cauſis inſpectis, temporalem exercemus: non quòd alieno iuri præiudicare velimus, &c. Non dicit ſummus Pontifex, duntaxat ſe habere plenam in temporalibus in Eccleſiæ patrimonio poteſtatem, negando, alibi ab eo temporalem poteſtatem exerceri; ſed loquitur de poteſtate efficiendi filios legitimos, dicens: non tantum in Beati Petri patrimonio, verum in aliis ditionibus id ab ipſo fieri poſſe. Cum verò actus iſte ad iuriſdictionem ſpectet, planè ex iis colligere poterimus Papæ iuriſdictionem omnibus præſtare, ac omnia amplecti loca, ſuam vbique poteſtatem caſualiter exercendo.

Per-

Perpenditur præallegatum Cap per venerabilem. qui fil sin. leg. Cap. XI.

VT autem res plenè intelligatur, cognoſcaturq; locum hunc magis noſtræ, quam oppoſitæ fauere ſententiæ, non grauabor, ea qua fieri poterit breuitate illa hic referre, quæ Chriſti Vicarius in ea Epiſtola lectores docuit: vt vnus quiſque hanc veritatem iudicare, adductumq; teſtimonium in noſtrum auxilium iuſtè vocari poſſe fateatur. Humili ſupplicatione, precibusq: rogatus ſummus Pontifex ab Archiepiſcopo Arelatenſi, illius ſcilicet partis Galliæ, quæ Narbonenſis paſſim appellatur, vt cuiuſdam nobiliſſimi viri illius regionis filios titulo, vt dicunt legitimationis, dignaretur decorare, ne obiectio natalium illis eſſet impedimento, in adeunda patris hæreditate, audaciam, animumq; accipiebat filiorum pater rogandi Pontificem, ab illoq; poſtulandi hanc gratiam, eo quòd Francorum Rex vxorem Reginam cum dimiſiſſet, & ex alia poſtmodum ſuperducta puerum, & puellam ſuſcepiſſet, ita & ipſe, legitima vxore exploſa, aliam ſibi copularat, ex qua filios genuerat, quemadmodum cum filiis Regis illegitimo thoro natis ex benignitate Sedis Apoſtolicæ diſpenſauerat, ita quoq; cum ſuis Papa eſſet diſpenſandum. His reſpondens ſupplicationibus negat petenti gratiam. Ne autem quis ſuſpicaretur, hoc eſt de cauſa fieri, quoniam in aliena iuriſdictione huiuſmodi poteſtatem non poſſet Papa exercere, cùm filios illegitimos idoneos, ac legitimos facere ad actus ſæculares, ſit Imperatoris, Regis vè munus, cuius eſt leges condere, ac illas (vt ita dixerim) ferire. ac iugulare, & tollere: Pontifex oſtendit, primo in Chriſti Vicario plenam eſſe huius facti auctoritatem, deindè huius viri caſum eſſe valdè diſſimilem à Regis Galliarum euentu. Probat autem, ab Apoſtolica Sede ſuper hoc plenam haberi poteſtatem, hiſce vtendo rationibus. Primo, quoniam diuerſis cauſis inſpectis Apoſtolica Sedes cum quibuſdam diſpenſauit minus legitimè

Cap. per venerabilé. qui fil. ſint leg. perpéditur.

mè natis, non naturalibus tantum, verum etiam adulterinis, vt posſint in Epiſcopos promoueri, veriſimilius itaque erit, & probabilius reputabitur, vt poſſit legitimare ad actus Sæculares, hocq; præcipuè, ſi præter Romanũ Pontificem inter homines ſuperiorem alium non cognoſcant, qui legitimandi habeat poteſtatem. Hoc roborando confirmat, quoniam cæteri Principes ad actus ſęculares huiuſmodi filios legitimationis ditant honore, Pontifex Maximus non tantum ad hos actus, verum ad ſpirituales, vt dictum eſt, in quibus maior prouidentia, & auctoritas, & idoneitas requiritur, legitimos facit. Quod autem in maiori conceditur, in minori licitum eſſe videtur. Argumento præterea à ſimili ducto perſeuerat in probanda concluſione. Probatio eſt hæc: Eo ipſo, quòd aliquis ad apicem Epiſcopatus attollitur, eximitur à patria poteſtate, & ſi ſimplex Epiſcopus ſcienter alterius ſeruum ordinaret in prȩsbyterum, licet ordinator Domino ſatisfacere teneretur, ordinatus tamen ſeruitutis iugũ euaderet. Monſtruoſum ſi quidem videretur, vt qui legitimus ad ſpirituales actiones fieret, citra ſæculares actus illegitimus remaneret. Porrò ſi in ſpiritualibus diſpenſatur, in temporalibus quoq; diſpenſatum eſſe intelligitur. His concludens, in patrimonio Beati Petri à Sede Apoſt. id liberè effici poſſe, in quo & Summi Pontificis auctoritatem exercet, & Summi Principis exequitur poteſtatem. Quòd autem illius viri Illuſtriſſimi caſus ſit diſpar, ac longè diſſimilis, ab euentu Galliarum Regis docet, quia Francorum Rex per Rhemenſem Archiepiſcopum Sedis Apoſtolicę legatum fuit per ſententiam ſeparatus: ille verò, propria temeritate ductus, vxorem a ſeipſo ſeiunxit. Rex, antequam ad ipſum prohibitio de nõ contrahendo cum altera perueniſſet, filium & filiam ſuſceperat; ille verò, in Eccleſiæ contemptum aliam vxorem ſuperducere tentauerat. Rex è contra matrimonio obiecit impedimentum affinitatis, & coràm præfato Archiepiſcopo teſtes induxit: at ille Narbonenſis, nihil, quod diuortium induceret, obiecerat. Poſtremo, cum Rex in temporalibus ſuperiorem minimè re-

Conceſſum i maiori in minori licitum eſſe cenſetur.

Eps eo ipſo q aliquis eſt promotus eximitur à patria poteſtate.

Seru' ordinatus in presbyterum ſeruitutis iugũ euadit.

Rex in tpalibus ſuperiorem non recognoſcit.

co-

cognoscat, sine iuris alterius læsione, in eo se iurisdictioni Apostolicæ subiicere potuit, iu quo videretur aliquibus, quod per se ipsum, non tanquam pater cum filiis, sed tamquam Princeps cum subditis, potuit dispensare, at Gallus Narbonensis subditus erat. Hisce rationibus inductum Regi gratiam fecisse, ex veteri, nouoq; testamento causam trahendo, non solum in Ecclesiæ patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerit potestatem, verum etiam in aliorum Principum ditionibus posse filios ex amplexu illegitimo natos legitimos facere, Christi Vicarius docet. Ex quibus primo colligitur, in summo Pontifice apicem vtriusque potestatis reperiri. Colligitur secundo, Papam scilicet in toto orbe Christiano habere temporale dominium, seu mauis potestatem, ac iurisdictionem, licet illam duntaxat in Ecclesiæ patrimonio ordinariè exerceat. Quod vox illa, præcipuè, docet: nam comparatiuum redolet, ad aliud vè refertur, ad aliam partem, in qua non ita exercet, omni semoto respectu propriam Principis auctoritatem. Id etiam aduerbium, liberè, indicat: nam hoc aduerbium refertur ad id, quod aliquo respectu, seu aliqua ratione minus liberè exercetur, at liberè in Ecclesiæ patrimonio, minus liberè in aliorum ditionibus: quoniam in illo ordinariè, in ijs casualiter Papa Principis potestate vtitur.

Papa in toto orbe christiano habet tpale dominium.

Hinc Papa non solum in Clericos, sed etiam in Laicos habet vniuersalem iurisdictionem habitu: licet non exercitio, not. glos. in cap. nouit. de iudic. & ibi notant Doct. Et propterea Laicus coram Papa conuentus aduertat qualiter excipiat, ne dicat eum non esse iudicem, vel non habere iurisdictionem: sed dicat eum non habere ordinariè exercitium iurisdictionis, aliàs ineptè excipiens succumberet. not. Bart. in l. 1. ff. de except. Nicolaus de Milis in suo repertorio aureo. in ver Papa.

Papa non solũ ĩ clericos, verùm & in laicos hẽt vniuersalẽ iurisdictionem habitu

Laicus corã Papa cõuentus qualiter excipere possit.

Colligitur quinetiam, in Summo Pontifice superiorẽ auctoritatem reperiri Regum Potestate. Si enim filij illegitimi Papæ auctoritate ad Regnum habiles fiunt, actus verò talis auctoritatem superioris requirat, cùm id a Rege fieri nequeat, sed a Pontifice agatur, proculdubio ta-

Papæ authoritas eminentior omni alia.

lis

lis auctoritas erit eminentior. Concluditur itaque, quòd Papa cum in aliena iurisdictione dispēsandi vtitur aucto ritate, aliorum iurisdictioni præiudicare non vult, id est, Papæ temporalis Potestas licet proprijs terminis conclu datur, si eius vsum quotidianum aspiciamus, atq; vt Prin cipis Apostolorum patrimonio est accommodata, nihilominus casualiter, & in se considerata, in omnibus Christianorum Principum ditionibus, qui superiorem non habent in propria ditione, scilicet cum subditis, non autem absolutè, quia primę Potestati subduntur, suas vires habet. Quòd etiam Glos. dictum non est silentio inuoluendum, quando ait, si de facto non subiicitur, de iure subdi tur: quoniam licet Principes sint sui iuris, ac liberè pro priam auctoritatem exerceant, nihilominus indè non seq tur, quin à Papa iudicari possint Nec sunt hæc duo adeò opposita, vt simul existere nō valeāt: ꝙ liberè auctoritatē exercere possit; & quod superiorē iurisdictionē habeat, vt alibi ostendimus. Hac de causa dixit Sanctus Bernardus, quòd Papa falcem in messem alienam mittere non debet. Et hoc sensu loquuntur Pontificiæ sanctiones, cap. cum ad verum. cap duo sunt. & cap. quoniam idem. dist. 10. quæ omnes locum habent, si loquamur de Papæ auctoritate ratione quotidiani vsus in Ecclesiæ patrimonio, vbi terminis quibusdam conclusa iudicari potest, & de exercitatione potestatis principum in eorum ditionibus in subditos: At si loquamur casualiter, & ratione eius latitudinis, de iure in omnibus iurisdictionibus si exercea tur, non erit incongruum, discreta est ab aliis, vt Ecclesiæ patrimonio est accommodata.

Principes licèt sint sui iuris, à Papa tamen iudicantur.

Papa falcem in messem alienam mittere nō debet.

Papa authoritas in terris ecclesię.

Ex iam dictis colligitur primo, Papam in terris Ecclesiæ posse legitimare, & dispensare iure ordinario quòad omnes effectus tam spirituales, quàm temporales, eodemq; iure, quòad spiritualia, & quòad honores, ac ad ea, quæ pertinent ad forum Ecclesiæ vbique legitimare posse, & legitimationem vbique locorum vires suas porrigere. Colligitur secundo, Papam quòad temporales effectus per quos alter læditur, veluti quòad effectum successionis, vnde præiudicatur agnatis, cognatis, &

sub-

ſubſtitutis in terris infeudatis veluti in Regno Neapolitano, Ducatu Vrbini, Placentiæ, Mediolani, Mutinæ, Regij, & huiuſmodi, eodem iure poſſe legitimare: propterea quòd Papa per infeudationem non a ſe abdicat iuriſdictionem, nam directarius adhuc remanet, & ei ſuperioritas reſpectu alti dominij intelligitur reſeruata, vt ex multorum Iuriſconſultorum teſtimonio, quos adducit Peregrinus, vir quidem eruditiſſimus, maximaq; mihi familiaritate coniunctus, in tract. de iur. fiſ. in tit. habent iura fiſcal. nu. 73. & 75. nec non in tract. de fideicom. art. 23. nu. 20. ſatis ſuperq; patet.

Papa per infeudationem nō dicitur a ſe abdicare iuriſdictionē.

Colligitur tertio, Papam caſualiter, & ratione latitudinis ſuæ iuriſdictionis vbique locorum poſſe legitimare. propterea hallucinantur Bart. in l. 1 C. de ſum. trin Bald. in l. 1. C. de iureiuran. necnon Innoc. & But. in d. c. per venerabilem aſſerentes, Papam non poſſe legitimare in terris Imperii. Quinimo excommunicat omnes, & ſingulos quacunq; mundana perfulgeāt dignitate etiam Regia, qui tempore vacationis Imperii, nomen Vicarii ſeu cuiuſuis alterius officii titulum ſine Rom. Pontificis licentia in ipſo Imperio retinent, aut aſſumunt, aut reſumūt & poteſtatem aut iuriſdictionem ſub tali prætextu publicè, vel occultè exercent. Ioan. 22. Ne ſede vacante cap. ſi fratrum. Item contra falſarios, & fabricatores monetarum in Regno Franciæ, necnon contra eos, qui ſcienter falſas monetas extra dictum Regnum emunt, & poſtea intra Regnum, ipſum eas portant, vēdunt, & impendūt idē Ioan. 22. excommunicationis ſententiam tulit. cap. prodiens. de crim. falſi.

Papam vbiq; locorum poſſe legitimare, contra mentem Bart. & aliorum doct.

Papa excōicare pōt tēpe vacationis imperii, oēs qui ſibi titulum officij aſſumunt ſine eius licētia.

Papa ptās cōtra falſarios & fabricatores monetarum in Regno Francia.

Eadem probatur ex cap. ſolitæ. de maio. & obed.
Cap. XII.

SEcunda Canoniſtarum oſtenſio ſumitur ex cap. ſolitæ. de maio. & obed. Vbi Innoc. III ſic ait: In firmamento Cæli, hoc eſt vniuerſalis Eccleſiæ fecit Deus duo luminaria magna, id eſt, duas inſtituit dignitates; quæ ſunt Pontificalis & Regalis harum quæ præeſt diebus, ſpiritualibus ſcilicet, maior eſt, ac dignior ea, quæ

Dignitas Pontificia & regalis a Deo ꝓcedit.

K tem-

expediti à iudicijs temporalium assuescerent imminente tempore aduentus Christi vacare spiritualibus, qui veniens Rex, & Sacerdos simul secundum ordinem Melchisedech, qui simul erat Rex & Sacerdos Dei, Sacerdotium, quod per accidens secundum prædicta seruile factum erat in lege Mosaica, in qua Sacerdotes subiecti erant Regibus, ad libertatem Sacerdotii legis naturæ reduxit: in qua in eadem persona vtraque dignitas iuxta cursum legis naturæ debuit residere, qui Rex, & Sacerdos debuit esse ordinarius suæ gentis & hoc principalius ratione, qua Sacerdos super spiritualia principaliter, quàm ratione, quia Rex super temporalia principaliter. Vnde, & si fuissent Reges alij ab institutione, qui non essent sacerdotes, sub quibus essent sacerdotes non ordinarij, sed instituti, illi subesse debuerunt illi, qui simul Rex esset, ac sacerdos ordinarius; & hoc non tam ratione, qua Rex erat, sed ratione, qua sacerdos erat. Hęc ille. qui & paulò ante, cum aliquid, inquit, fuerit difficile, vel ambiguum; tunc ad iudicium est Sedis Apostolicæ recurrendum. & secundum hoc sacerdos Apostolicus se habet ad Reges, & principes, tanquam Architecti ad Artifices. Illi enim propter quid, & regulas iudicandi sciunt; isti mechanici verò, tanquam experti in multis, ipsum, quia, sciunt; propter quid autem, ignorant, propter quod debet illis leges dare, secundum quas debent iurisdictionem suam exequi, & populum regere, nec aliorum leges recipere, nisi per ipsum prius fuerint approbatæ. Hucusque Henricus.

Sacerdotes in lege Mosayca subiecti erãt Regib.

Papa qualiter se habeat ad Reges & Principes.

Nunc audiamus Sanctum Antoninum titulo tertio de dominio Regnorum, cap. 2. nec non 3. part. sum. tit. 22. c. 5. §. 17. hæc verba facientem: Qui autem dicunt, Papam in orbe terrarum totum dominium habere super spiritualia, non autem super temporalia, similes sunt Consiliariis Regis Syriæ, qui dixerunt, Dij montium sunt Dij eorum, & ideò superauerunt nos, sed pugnemus contra eos in campestribus, & in conuallibus, in quibus Dij eorum dominium habent, & obtinebimus contra eos. 3. Reg. 20. Sic hodie mali Consiliarii adulatione

Papa ptãs in Spiritualib. & temporalibus quenã sit, ex sententia S. Antonini comprobatur.

tione pestifera seducunt Reges, & Principes terræ, dicentes: Dii montium, putà Spiritualium bonorum sũt, Summi Pontifices, sed non Dii vallium, quia temporalium bonorum nullum dominium habent. Ideò in campestribus, in potentia scilicet bonorum temporalium, pugnemus contra eos, & obtinebimus. Sed, quid dicat eis Diuina sententia, audiamus. Quia dixerunt, inquit, Syrii, Deus montium est Deus eorum, & non Deus Vallium, dabo hanc multitudinem in manu vestra, & scietis, quia ego sum Dominus. Hæc vir ille.

S. August. verò Triumphus in prin. Summæ de potestate Eccle. ita inquit:

Quamuis Dei filius humani generis naturam assumẽs infirma mundi elegerit, vt fortia quæq; confunderet: ecclesiasticæ tamen potestatis altitudinem suos fideles latere noluit: quinimmò tanquàm supra petram fundatam, ipsam esse supra omnem principatum, & potestatem: vt ei genua cuncta curuentur, Cælestium, Terrestrium, & Infernorum, verbis apertissimis declarauit: vnde error est, pertinaci mente non credere Rom. Pont. vniuersalis Ecclesiæ Pastorem, Petri successorem, & Christi legitimum Vicarium supra spiritualia & temporalia vniuersalem nõ habere primatum. In quem quandoq; multi labuntur dictæ potestatis ignorantia. Quæ cum sit infinita, eo quòd magnus Dominus & magna virtus eius, & magnitudinis eius non est finis, omnis creatus intellectus in eius perscrutatione inuenitur deficere. Multi verò hominum cõplacentia: quia sic multa de diuino cultu, & Christi reuerentia vsurpata sunt: quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera. Multò magis hac duplici causa multa subtrahuntur de Christi Vicarii Dominio & potentia. Multi autem curiosa sciẽtia, & vtinam non elata superbia cupientes ex quibusdam nouis videri potius, quàm videre, & sciri potius, quàm scire: imitantes, in hoc illos curiosos & superstitiosos Athenienses, qui ad nihil aliud vacabant nisi audire, vel discere aliquid noui. His omnibus modis impugnatur quandoq; Christi sponsa, sed vinci non potest:

Atheniensiũ superstitio & curiositas.

tem-

Nauicula ecclesia tẽpestates patitur, sed nõ mergitur.

tempestates suscipit, sed non demergitur; iacula mittuntur in eam, sed non perforatur, machinamenta præparãtur, sed turris Dauidica non eliditur. Huic tamen pestifero morbo salubri remedio prouidetur, cũ a Sacræ Scripturæ Doctoribus varia & diuersa conscribuntur. Hæc ille.

Sequitur testimonium Roderici Sancii Episcopi Zamorensis lib. de origine, ac differentia principatus, Sic itaque hic par. 1. Nemo nisi Christus, vel eius Vicarius in terris, potest dicere illud, quod Propheta de Christo dixerat, Mihi, inquit, alienigenæ subditi sunt. nam propter vniuersale dominium nullus mortalium est ei alienus, & non subditus: quia scriptum est de eo, Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Et iterum. omnes gentes seruient ei, & dominabitur a mari vsque ad mare. Et iterum. omnis terra possessio eius. Et rursus: Romanus Pontifex vice Christi principatur in vniuerso orbe in spiritualibus, & temporalibus, & de illo loquuntur iura, auctoritates, & rationes supra allegatæ. Et propè finem partis primæ concludit: Est verò naturaliter, moraliter, & diuino iure cum recta fide tenendum, principatum Romani Pontificis esse verum, & vnicum immediatum principatum totius orbis, nedum quoad spiritualia, sed quoad temporalia, & principatum Imperialem esse ab ipso dependentem, & mediatum, ministerialem, & instrumentalem eidem subministrantem, & deseruientem. foreq; ab eo ordinatum, & institutum, & ad iussum Principatus Papalis mobilem, reuocabilem, corrigibilem, & punibilem, de quo ministeriali principatu pulchrè ait Isidorus lib. de sum. bon. Potestates, inquit, sæculares necessariæ non essent, nisi, quod non præualet sacerdos efficere per doctrinæ potestatem, princeps hoc impetret per disciplinæ tenorem. Ecce, inquit, necessariæ non essent. Ex quo apertè innuit, quòd in hoc mundiali regimine Principatus Sæcularis de pura, & mera necessitate, vel etiam expedienti necessarius non est, nisi quando Ecclesia non potest. Si ergo posset malos coercere, non est necessarius

Papæ vniuersaliter oẽs sunt subditi.

Principatus Ro. Pont. dicitur vnicus totius orbis. & principatus imperialis ab ipso dependet.

Prin-

Principatus Imperialis, & sæcularis: cùm includatur virtualiter in Principatu Apostolico. Vnde Ambrosius ait, quòd Pontifices Summi solum pro cursu rerum temporalium Imperialibus Legibus vtuntur. Resoluendo igitur istum articulum, dicimus, quod in tota machina mundiali non est nisi vnus Principatus, ideò non debet esse, nisi vnus vniuersalis, & supremus Princeps, & Monarcha. Nam vltra prædicta illud natura ipsa docet. Vt .n. inquit Philosophus in 12. Metaph. Entia nolunt malè disponi, ideò vnus est Principatus, & vnus Princeps supremus totius orbis, qui est Christi Vicarius: iuxta illud Danielis cap. 8. Dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum, & omnes populi, & linguæ seruient ei. In illo igitur est fons, & origo omnis Principatus, & ab eo cæteræ Potestates defluunt. Hæc ille.

Papa imperialibus legib. utitur solum pro cursu rerum tpalium. Principatus vnicus in toto orbe.

Papa est fons & origo oïs principatus, a quo cæteræ potestates defluunt.

Cui quidem opinioni subscripserunt Alexander Alensis in quarta par. sum. q. 10. par. 2. §. 2. Hugo e S. Victore lib. 2. par. 2. cap 4. S. Bonauentura in 4. dist. 37. in expos. lit. dub. 4. lib de Eccl Hierarch. par. 2. affirmans idem sentire Vbertinum de Casale, & Petrum de Tarantasia. Præter hos idem tradunt Raynerius Pisanus in sua sum ver. Dominio cap. 5. B Ioannes è Capistrano tract. de aucto. Papæ. par. 1. secundæ par. nu. 4. & 5. Gabriel Biel. in expositione Canonis Lect 23 Ægidius Romanus lib. de potest. Eccles. cap. 7. Alexander de S. Elpidio libro eodem cap. 6. Iacobus de Viterbio, Gulielmus Cremonensis. S. Bernardus lib 4 de conside. ad Eugen. Aluarus Pelagius de planctu Eccles. cap. 13. Siluester Prieras in sum. ver. Papa. §. 10 & 11. Ioannes Selestadiensis in Quadriuio par. 1. Tartaretus in 4 dist. 18. q. vnica. Naclantus lib. de Potest Papæ. Franciscus Mayronis cognomento Doctor illuminatus in 4. dist. 19 q. 4. Franciscus de Siluestris Ferrariensis in cap. 76. lib 4. aduersus gentes. Nuperrimè verò Celsus Mancinus in tract. de Iuribus Principatuum, lib. 3. cap. 1. & 2. qui ita scriptum reliquit. In Summo Pontifice est vtrauis Potestas, seu iurisdictio spiritualis, atque temporalis; & vti omnium est eminentissimus in potestate spirituali, ita etiam in temporali,

Papa sicut est oïum eminentissimus in potestate spirituali, ita & in temporali.

porali, adeò vt liceat de Christi Vicario illud similitudine quadam asserere, quod Plato in Timæo dixit de Deo, quatenus in Timæo, quid nam esset Deus, respondit, Nō est homo, non cælum, non bonum, sed quid præstantius, Roget quis, an Summus Pontifex sit Dux, Rex, Imperator, an vè Princeps, cautè respondebit, si negando asseret, esse quid præstantius, quid vè eminentius. Hæc ille.

Ex his apparet, hanc esse Theologorum communem sententiam, Papam iure diuino habere plenissimam potestatem in vniuersum orbem terrarum tum in rebus Ecclesiasticis, tum in Politicis.

Eadem probatur communi Canonistarum testimonio desumpto ex cap. per venerabilem, qui fil. sin. leg. Cap. X

Doctores porrò Canonistæ sic adhæserunt huic decreto, vt infinitum sit illos enumerare, recensentur multi a Lælio Zeccho in tractatibus Theologicis loco quinto, & ab eodem Bellarmino de Potestate Pont. lib. 5. c. 1. necnon ab Abb. ante eos in cap. nouit. extra de iudic. Hic factum, vt audacter dixerit Bartolus maturi vir iudicii in l. 1. §. 1. ff. de requiren. reis. opinionem contrariam esse hæreticam. Istorum autem ostensio desumitur primò ex loco Deuteronomii relato in cap per venerabilem, qui fil. sin. leg. Cuius hęc sunt verba. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicium videris variari, venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudicii veritatem: & facies quæcunque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisq; eorum sententiam, qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, decreto iudicis morietur. Ex his verbis supponit ibi tanquam firmum: quod nullus negare quidem potest, scilicet, quod lex secunda primam inter-

Papam non habere vtramq; potestatem si quis dixerit, hæreticū est tradit Bart.

Lex secunda necessariò primam interpretatur.

tet-

terpretetur, & ex vi vocabuli comprobatur; inde sequitur, vt quod ibi decernitur, in nouo Testamento obseruari debeat. Locum autem, quem elegit Dominus, Apostolicam Sedem esse nemo negabit: præcipuè si ea mente reuoluet, quæ dixit Dominus Petro, fugienti, cum iam vrbem exiuisset. Volens Saluator ad locum, quem elegerat, eum reuocare, ab illo interrogatus, Dñe quo vadis? respondit, venio Romã iterum crucifigi. Quæ pro se dicta esse intelligens, ad locum ipsum protinus reuersus est. Leuitici generis Sacerdotes sunt fratres Papæ, qui eidem iure Leuitico Sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò super eos Sacerdos, siuè iudex existit, cui Dominus inquit, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis. Vicarius illius, qui est Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Tria Iudex iste iudicia distinguit, inter sanguinem, & sanguinem, inter causam & causam, inter lepram & lepram: per primum, criminale, & ciuile; per secundum, Ecclesiasticum, & ciuile; per vltimum, Ecclesiasticum, & criminale accipit. In ijs: si quid controuersum, ac dubium extiterit, ad sedis Apostolicæ iudicium recurrendum est: cuius sententiam qui superbiæ tumore contempserit obseruare, mori præcipitur, id est, per excommunicationis sententiam, veluti mortuus a communione fidelium separari. Hæc Papa, oraculo diuino Duce. Quibus colligitur, quòd non tantum Ecclesiastica, verum & sæcularia munus illius sit iudicare, & Principes, ac Reges eius iudicio subdere. propterea ibi Papa iure merito Regis Franciæ filios, qui de aliena videbantur esse iurisdictione legitimat.

Sacerdotes Leuitici coadiutores officii Sacerdotalis Papæ existũt.

Papa ptãs ad q̃ extendatur,

Verum ad hunc tex. cap. per venerabilem. dupliciter respondent nonnulli Politici, primò, quòd licet ad Papam tanquam ad summum patrem, si aliquid arduum contigerit, recurrendum sit, non tamen ob id esse inferendum, vniuersalem sæcularium cognitionem in Papa principaliter existere. Consequentia enim, dicunt ipsi, non est bona, quia assumptum, seu prædicatum est de parte aliqua, & consequentia infert ad totum,

Papa in arduis an habeat vniuersalem Sacularium cognitionem,

quæ quidem non est eadem ratio vt in parte. Sed hic in toto non est eadem ratio, quoniam si omnis temporalium administratio esset in Papa, diuino vtique cultui detraheretur.

Papa an solum i patrimonio B. Petri habeat plenã in tpalib. potestatem.

Secundò dicunt, verbis huius tex. conspicuum esse Papam solum in patrimonio Beati Petri in temporalibus plenam habere potestatem, in aliis verò Regionibus minime. Verba hæc sunt. Insuper, cum Rex in temporalibus superiorem minimè recognoscat, sine iuris alterius læsione, in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit, in quo videtur aliquibus, quòd per se ipsum, non tanquam pater cum filiis, sed tanquam Princeps cum subditis, potuit dispensare. Tu autem nosceris aliis subiacere. Hæc Beatissimus ille Pontifex. Ex quibus colligunt Aduersarii, Regem in temporalibus neminem sibi superiorem cognoscere.

Reges in tpalib. neminem in superiorẽ recognoscunt.

Papę iurisdictio oĩbus aliis pſtat, & oĩa amplectitur loca.

At omissa prima Politicorum responsione, quam esse falsam ostendimus in c. 3. tertio huius tract. Accedamus ad secundam, quæ licet prima facie nescio quid roboris in se continere videatur, nihilominus si rectè eundem tex. quis rectè considerabit, videbit profectò quòd gratis adducitur. Si quidem in eo rescripto hæc verba leguntur: Rationibus igitur his inducti, Regi gratiam fecimus, requisiti, causam tam ex veteri, quam ex nouo testamento trahentes, quòd non solum in Ecclesiæ patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem, verum etiam in aliis regionibus, certis caussis inspectis, temporalem exercemus: non quòd alieno iuri præiudicare velimus, &c. Non dicit summus Pontifex, duntaxat se habere plenam in temporalibus in Ecclesiæ patrimonio potestatem, negando, alibi ab eo temporalem potestatem exerceri; sed loquitur de potestate efficiendi filios legitimos, dicens: non tantum in Beati Petri patrimonio, verum in aliis ditionibus id ab ipso fieri posse. Cum verò actus iste ad iurisdictionem spectet, planè ex iis colligere poterimus Papæ iurisdictionem omnibus præstare, ac omnia amplecti loca, suam vbique potestatem casualiter exercendo.

Per-

Perpenditur præallegatum Cap per venerabilem. qui fil sin. leg. Cap. XI.

VT autem res plenè intelligatur, cognoſcaturq; locum hunc magis noſtræ, quam oppoſitæ fauere ſententiæ, non grauabor, ea qua fieri poterit breuitate illa hic referre, quæ Chriſti Vicarius in ea Epiſtola lectores docuit: vt vnus quiſque hanc veritatem iudicare, adductumq; teſtimonium in noſtrum auxilium iuſtè vocari poſſe fateatur. Humili ſupplicatione, precibusq: rogatus ſummus Pontifex ab Archiepiſcopo Arelatenſi, illius ſcilicet partis Galliæ, quæ Narbonenſis paſſim appellatur, vt cuiuſdam nobiliſſimi viri illius regionis filios titulo, vt dicunt legitimationis, dignaretur decorare, ne obiectio natalium illis eſſet impedimento, in adeunda patris hæreditate, audaciam, animumq; accipiebat filiorum pater rogandi Pontificem, abilloq; poſtulandi hanc gratiam, eo quòd Francorum Rex vxorem Reginam cum dimiſiſſet, & ex alia poſtmodum ſuperducta puerum, & puellam ſuſcepiſſet, ita & ipſe, legitima vxore exploſa, aliam ſibi copularat, ex qua filios genuerat, quemadmodum cum filiis Regis illegitimo thoro natis ex benignitate Sedis Apoſtolicæ diſpenſauerat, ita quoq; cum ſuis Papa eſſet diſpenſandum. His reſpondens ſupplicationibus negat petenti gratiam. Ne autem quis ſuſpicaretur, hoc eſt de cauſa fieri, quoniam in aliena iuriſdictione huiuſmodi poteſtatem non poſſet Papa exercere, cùm filios illegitimos idoneos, ac legitimos facere ad actus ſæculares, ſit Imperatoris, Regis vè munus, cuius eſt leges condere, ac illas (vt ita dixerim) ferire. ac ingulare, & tollere: Pontifex oſtendit, primo in Chriſti Vicario plenam eſſe huius facti auctoritatem, deindè huius viri caſum eſſe valdè diſſimilem à Regis Galliarum euentu. Probat autem, ab Apoſtolica Sede ſuper hoc plenam haberi poteſtatem, hiſce vtendo rationibus. Primo, quoniam diuerſis cauſis inſpectis Apoſtolica Sedes cum quibuſdam diſpenſauit minus legitimè

Cap. per venerabilē. qui fil. ſint leg. perpēditur.

mè

mè natis, non naturalibus tantum, verum etiam adulterinis, vt possint in Episcopos promoueri, verisimilius itaque erit, & probabilius reputabitur, vt possit legitimare ad actus Sæculares, hocq; præcipuè, si præter Romanũ Pontificem inter homines superiorem alium non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem. Hoc roborando confirmat, quoniam cæteri Principes ad actus sęculares huiusmodi filios legitimationis ditant honore, Pontifex Maximus non tantum ad hos actus, verum ad spirituales, vt dictum est, in quibus maior prouidentia, & auctoritas, & idoneitas requiritur, legitimos facit. Quod autem in maiori conceditur, in minori licitum esse videtur. Argumento præterea à simili ducto perseuerat in probanda conclusione. Probatio est hæc: Eo ipso, quòd aliquis ad apicem Episcopatus attollitur, eximitur à patria potestate, & si simplex Episcopus scienter alterius seruum ordinaret in pręsbyterum, licet ordinator Domino satisfacere teneretur, ordinatus tamen seruitutis iugũ euaderet. Monstruosum si quidem videretur, vt qui legitimus ad spirituales actiones fieret, citra sæculares actus illegitimus remaneret. Porrò si in spiritualibus dispensatur, in temporalibus quoq; dispensatum esse intelligitur. His concludens, in patrimonio Beati Petri à Sede Apost. id liberè effici posse, in quo & Summi Pontificis auctoritatem exercet, & Summi Principis exequitur potestatem. Quòd autem illius viri Illustrissimi casus sit dispar, ac longè dissimilis, ab euentu Galliarum Regis docet, quia Francorum Rex per Rhemensem Archiepiscopum Sedis Apostolicę legatum fuit per sententiam separatus: ille verò, propria temeritate ductus, vxorem a seipso seiunxit. Rex, antequam ad ipsum prohibitio de nõ contrahendo cum altera peruenisset, filium & filiam susceperat; ille verò, in Ecclesiæ contemptum aliam vxorem superducere tentauerat. Rex è contra matrimonio obiecit impedimentum affinitatis, & coràm præfato Archiepiscopo testes induxit: at ille Narbonensis, nihil, quod diuortium induceret, obiecerat. Postremo, cum Rex in temporalibus superiorem minimè re-

Concessum i maiori in minori licitum esse censetur.

Eps eo ipso q aliquis est promotus eximitur à patria potestate.

Seru' ordinatus in præsbyterum seruitutis iugũ euadit.

Rex in tp̃alibus superiorem non recognoscit.

co-

cognoscat, fine iuris alterius læsione, in eo se iurisdictioni Apostolicæ subiicere potuit, iu quo videretur aliquibus, quod per se ipsum, non tanquam pater cum filiis, sed tamquam Princeps cum subditis, potuit dispensare, at Gallus Narbonensis subditus erat. Hisce rationibus inductum Regi gratiam fecisse, ex veteri, nouoq; testamento causam trahendo, non solum in Ecclesiæ patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerit potestatem, verum etiam in aliorum Principum ditionibus posse filios ex amplexu illegitimo natos legitimos facere, Christi Vicarius docet. Ex quibus primo colligitur, in summo Pontifice apicem vtriusque potestatis reperiri. Colligitur secundo, Papam scilicet in toto orbe Christiano habere temporale dominium, seu mauis potestatem, ac iurisdictionem, licet illam duntaxat in Ecclesiæ patrimonio ordinariè exerceat. Quod vox illa, præcipuè, docet: nam comparatiuum redolet, ad aliud vè refertur, ad aliam partem, in qua non ita exercet, omni semoto respectu propriam Principis auctoritatem. Id etiam aduerbium, liberè, indicat: nam hoc aduerbium refertur ad id, quod aliquo respectu, seu aliqua ratione minus liberè exercetur, at liberè in Ecclesiæ patrimonio, minus liberè in aliorum ditionibus: quoniam in illo ordinariè, in ijs casualiter Papa Principis potestate vtitur.

Papa in toto orbe christiano habet tpale dominium.

Hinc Papa non solum in Clericos, sed etiam in Laicos habet vniuersalem iurisdictionem habitu: licet non exercitio, not. glos. in cap. nouit. de iudic. & ibi notant Doct. Et propterea Laicus coram Papa conuentus aduertat qualiter excipiat, ne dicat eum non esse iudicem, vel non habere iurisdictionem: sed dicat eum non habere ordinariè exercitium iurisdictionis, aliàs ineptè excipiens succumberet. not. Bart. in l. 1. ff. de except. Nicolans de Milis in suo repertorio aureo. in ver Papa.

Papa non solū ī clericos, verùm & in laicos hēt vniuersalē iurisdictionem habitu

Laicus corā Papa cōuentus qualiter excipere posśit.

Colligitur quinctiam, in Summo Pontifice superiorē auctoritatem reperiri Regum Potestate. Si enim filij illegitimi Papæ auctoritate ad Regnum habiles fiunt, actus verò talis auctoritatem superioris requirat, cùm id a Rege fieri nequeat, sed a Pontifice agatur, proculdubio ta-

Papæ authoritas eminentior omni alia.

lis

lis auctoritas erit eminentior. Concluditur itaque, quòd Papa cum in aliena iurisdictione dispẽsandi vtitur auctoritate, aliorum iurisdictioni præiudicare non vult, id est, Papæ temporalis Potestas licet proprijs terminis concludatur, si eius vsum quotidianum aspiciamus, atq; vt Principis Apostolorum patrimonio est accommodata, nihilominus casualiter, & in se considerata, in omnibus Christianorum Principum ditionibus, qui superiorem non habent in propria ditione, scilicet cum subditis, non autem absolutè, quia primę Potestati subduntur, suas vires habet. Quòd etiam Glos. dictum non est silentio inuoluendum, quando ait, si de facto non subiicitur, de iure subditur: quoniam licet Principes sint sui iuris, ac liberè propriam auctoritatem exerceanr, nihilominus indè non sequtur, quin à Papa iudicari possint. Nec sunt hæc duo adeò opposita, vt simul existere nõ valeãt: ꝙ liberè auctoritatẽ exercere possit; & quod superiorẽ iurisdictionẽ habeat, vt alibi ostendimus. Hac de causa dixit Sanctus Bernardus, quòd Papa falcem in messem alienam mittere non debet. Et hoc sensu loquuntur Pontificiæ sanctiones, cap. cum ad verum. cap duo sunt. & cap. quoniam idem. dist. 10. quæ omnes locum habent, si loquamur de Papæ auctoritate ratione quotidiani vsus in Ecclesiæ patrimonio, vbi terminis quibusdam conclusa iudicari potest, & de exercitatione potestatis principum in eorum ditionibus in subditos: At si loquamur casualiter, & ratione eius latitudinis, de iure in omnibus iurisdictionibus si exerceatur, non erit incongruum, discreta est ab aliis, vt Ecclesiæ patrimonio est accommodata.

Principes licèt sint sui iuris, à Papa tamen iudicantur.

Papa falcem in messem alienam mittere nõ debet.

Papæ authoritas in terris ecclesię.

Ex iam dictis colligitur primo, Papam in terris Ecclesiæ posse legitimare, & dispensare iure ordinario quòad omnes effectus tam spirituales, quàm temporales, eodemq; iure, quòad spiritualia, & quòad honores, ac ad ea, quæ pertinent ad forum Ecclesiæ vbique legitimare posse, & legitimationem vbique locorum vires suas porrigeræ. Colligitur secundo, Papam quòad temporales effectus per quos alter læditur, veluti quòad effectum successionis, vnde præiudicatur agnatis, cognatis, & sub-

ſubſtitutis in terris infeudatis veluti in Regno Neapolitano, Ducatu Vrbini, Placentiæ, Mediolani, Mutinæ, Regij, & huiuſmodi, eodem iure poſſe legitimare: propterea quòd Papa per infeudationem non a ſe abdicat iuriſdictionem, nam directarius adhuc remanet, & ei ſuperioritas reſpectu alti dominij intelligitur reſeruata, vt ex multorum Iuriſconſultorum teſtimonio, quos adducit Peregrinus, vir quidem eruditiſſimus, maximaq; mihi familiaritate coniunctus, in tract. de iur. fiſ. in tit. habent iura fiſcal. nu. 73. & 75. nec non in tract. de fidei-com. art. 23. nu. 20. ſatis ſuperq; patet.

Papa per infeudationem nō dicitur a ſe abdicare iuriſdictionē.

Colligitur tertio, Papam caſualiter, & ratione latitudinis ſuæ iuriſdictionis vbique locorum poſſe legitimare. propterea hallucinantur Bart. in l. 1 C. de ſum. tri. in Bald. in l. 1. C. de iureiuran. necnon Innoc. & But. in d. c. per venerabilem aſſerentes, Papam non poſſe legitimare in terris Imperii. Quinimo excommunicat omnes, & ſingulos quacunq; mundana perfulgeāt dignitate etiam Regia, qui tempore vacationis Imperii, nomen Vicarii ſeu cuiuſuis alterius officii titulum ſine Rom. Pontificis licentia in ipſo Imperio retinent, aut aſſumunt, aut reſumūt & poteſtatem aut iuriſdictionem ſub tali prætextu publicè, vel occultè exercent. Ioan. 22. Ne ſede vacante cap. ſi fratrum. Item contra falſarios, & fabricatores monetarum in Regno Franciæ, necnon contra eos, qui ſcienter falſas monetas extra dictum Regnum emunt, & poſtea intra Regnum, ipſum eas portant, vēdunt, & impendūt idē Ioan. 22. excommunicationis ſententiam tulit. cap. prodiens. de crim. falſi.

Papam vbiq; locorum poſſe legitimare, contra mentem Bart. & aliorum doct.

Papa excōicare pōt tpe vacationis imperii, oēs qui ſibi titulum officij aſſumunt ſine eius licētia.

Papa ptās cōtra falſarios & fabricatores monetarum in Regno Franciæ.

Eadem probatur ex cap. ſolitæ. de maio. & obed.
Cap. XII.

SEcunda Canoniſtarum oſtenſio ſumitur ex cap. ſolitæ. de maio. & obed. Vbi Innoc. III ſic ait: In firmamento Cæli, hoc eſt vniuerſalis Eccleſiæ fecit Deus duo luminaria magna, id eſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis & Regalis harum quæ præeſt diebus, ſpiritualibus ſcilicet, maior eſt, ac dū minor ea, quæ

Dignitas Pontificalis & regalis à Deo ↓ cedit.

Dignitas Papa ab Imperatoria quantũ differat.

temporalibus præficitur, vt quanta eſt inter Solẽ, & Lunam, tanta inter Papam, & Imperatorem cognoſcatur differentia. Optimè explicat ſummus Pontifex hac Decretali Pontificiæ dignitatis eminentiam. Varia ſunt in cælo ſydera præter ea, quæ paſſim planetas dicimus, ac inter ſe diuerſa, hæc ſydera lumine fulgent quod a ſole accipiant. Nec eſt, cur longa vtar ratione, quomodo omnia ſydera a primo lumine a ſole ſcilicet, qui eſt fons, origo, & principium luminis lumen habeant: an ſcilicet totum, an partem luminis, an vè omnibus hoc ſit commune; an vè commune ſit hoc omnibus, vt totum lumen recipiant, an verò lunæ duntaxat hoc ſit proprium. hoc tantum dicam, ab omnibus philoſophis concedi; ſaltem luminis incrementum ſydera omnia octaui orbis recipere a ſole, Iouis, Saturni, Veneris, Mercurij, & Martis Stellam, & ipſam quoque huiuſmodi luminis accretionem a ſole mutuo accipere: lunam verò, cum ſit omnium ſyderum fex, & excrementum quoddam, totum accipere. Innocentius Papa Pontificiam auctoritatem ſoli, Cæſaris autem poteſtatem Lunæ ſimilem facit. Sol; vt diximus, fons, & origo luminis, ſyderibus omnibus lumen elargitur. Variæ ſunt hominum poteſtates a Deo datæ, diuerſæq; auctoritates: quæ omnes a ſumma poteſtate pendent, ab illa vè lumen recipiunt vt ſydera a ſole.

Sol eſt origo omnium luminũ, à quo oĩa ſydera lumen accipiũt.

Papa authoritatem ſoli, Cæſaris aũt luna Innocentius Papa cõparat.

Temporales iuriſdictiones, ſiuè ſint ab electione, ſiuè hæreditario iure, ſiuè alio modo, omnes ad illam primam referuntur, illiq; attribuuntur.

Papa q̃ ſit Imperatore eminẽtior

Quare formo rationem ſic: Ea eſt proportio inter ſummum Pontificem, & Imperatorem, quæ eſt inter Solem, & Lunam: Sed Sol præſtantior eſt valde, ac eminentior Luna: & hæc ab illo mutuat ſplendorẽ, & lucem, igitur Papa eſt eminentior Imperatore, & Imperatoris auctoritas a ſummo Pontifice pendet.

Verum obijciunt Politici, per hæc luminaria non ſignificari myſticè hæc duo regimina: Quoniam tunc, ſequeretur, quod prius fuiſſet accidens, quàm ſubiectum, quod eſt contra naturale principium: Sed Sol, & Luna die quarta creati ſunt, qui dignitates iſtas ſignificant:

homo

homo autem die sexto creatus fuit, cui hæc accidentalia signa inhærent; ergo prius fuissent signa, quàm signata, & per consequens accidentia, quàm subiecta: quod est impossibile, cum accidens sine subiecto esse non possit, & ad remotionem subiecti sequitur remotio accidentis l. 2. ff. de vsufruct.

Accidens sine subiecto esse nō pōt.

Confirmatur, nam obiecta debent præcedere potentias, vt nos docet Arist. in 2. de ani. Cùm enim obiectū istarum dignitatum sit homo in peccati infirmitate constitutus, debuit igitur prius esse homo, & in ea infirmitate constitutus, quam eiuscæmodi figuratæ dignitates.

Obiecta debent p̄cedere potentias.

Insuper, estò, quòd eiusmodi mystica significatio vera sit, argumentum concludit oppositum: Nam licet Luna nullum a se, nisi a Sole lumen habeat, cùm sit corpus opacissimum, non tamen sequitur, quòd operatio & effectus Lunæ sint a Sole, imò sunt a propria intelligentia mouente orbem ipsius Lunæ: quoniam si operationes Lunæ essent a Sole, ergo essent secundum dispositionem Solis, quod falsum esse nemini dubium est: quia sunt contrariæ: fatendum tamen videtur, quòd quantum ad melius, & virtuosius operandum sic Luna a Sole lumen recipit: Ita Imperium recipit lumen ab Ecclesia, lumen scilicet fidei, iuxta id Ioan. cap. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. In temporalium verò administratione Cęsarem ab Ecclesia non depēdere, sicut nec Luna in suis operationibus a Solis lumine pendet.

Luna licèt nullū a se lumen hēat, effectus eius tamen non sunt à Sole.

Imperium ab ecclesia lumen accipere dicitur, sicut Luna a Sole lumen recipit.

Quorum instantias, seu responsiones nisi hæreticas, saltem freneticas existimo: primo quia aduersantur auctoritati Ecclesiæ, quæ duo hęc luminaria sic interpretatur, vt hæc duo regimina significent.

Præterea, licet dum Sol, & Luna creati fuerunt, non essent in orbe huiusmodi Regimina, & sic has binas dignitates non significarent, tñ cùm ipsa Regimina primum in orbem peruenerunt, adueniente signato, id quod prius erat in alia qualitate, nunc incipit esse signum: habemus exemplum in l. Stichum. §. si quis ita. ff. de noua. Nam obligatio nouans non potest esse ante nouatam obligationem, quia sic priuatio habitum præce-

Obligatio nouās non pot esse ante nouatam obligationem.

deret, quod est impossibile, vt ibi notatur: Sed conceptio stipulationis nouantis potest esse ante conceptionem obligationis nouatæ; at iuris intellectu obligatio nouata ipsa nouante præcessisse dicitur: sic ex Dei intentione, & inspecto eius intellectu, qui vult per hos duos planetas hęc duo regimina significari, ipsa duo lumina cælestia præcessit homo quantum ad hoc, vt per ea duo ipsa regimina significarentur; licèt eorum planetarum conceptio, seu creatio ad hunc finem hominem ipsum præcesserit. Simile videmus in obligatione fideiussoris, qui sine principali esse non potest: nam interdum obligatio fideiussoris obligationem principalis præcedit. l. si ita stipulatus. § adhiberi. ff. de fideiusso. tamen quò ad effectum nunquam fideiussor incipit prius obligari, quàm si obligetur principalis: Ita licet hæc planetarum creatio præcesserit, tamen nunquam inceperunt esse signum, nisi signato adueniente, cuius contemplatione secundum Dei intentionem creati erant. Sic etiam Beatam Virginem Mariam Stellam Scriptura Sacra commemorat: Nunquid Beata Virgo Stellas prioritate præcessit? minimè quidem, sed ea adueniente, Stella, ipsa factum est signum.

Obligatio fideiussoris interdū obligationem principalis præcedit.

Fideiussor nunquam prius obligatur quam principalis quoad effectum.

Maria Virgo stella nuncupatur in Sacra Scriptura

Vel dicamus, & melius, quòd saltem materialiter omnia creata sunt, id est, rerum origo simul creata est, sed simul species formata non est. Vnde Sap. 10. Qui viuit in ęternum, creauit omnia simul.

Et quando addebatur, figura non debet esse ante peccatum, quia si homo non peccasset, tali remedio non indiguisset.

Christi passio, et formatio ecclesiæ fuerunt in remedium peccatorum.

Dicimus hoc non officere. Nam passio Christi in Cruce morientis, & formatio Ecclesiæ de latere Christi in Cruce dormientis fuerunt in remedium contra infirmitatem peccati, & si homo non peccasset, tali remedio non indiguisset: & tamen huiusmodi passionis, & sacramenti figura antequàm homo peccaret, præcesserat: quoniam Euæ formatio de latere Adæ dormientis fuit figura formationis Ecclesiæ de latere Christi in Cruce dormientis.

Eua formatio de latere Adæ fuit figura formationis ecclesiæ de latere Christi.

Et cùm denique dicebatur, operationes Lunæ dependere a motore orbis Lunæ, & non a lumine solis, quod

Lunæ operationes an dependeant à motore orbis lunæ, an a lumine Solis.

in Luna recipitur.

Hoc falsum esse asserimus, propterea quòd coniunctio Angeli ad orbem Lunæ est coniunctio per accidens, & non essentialiter: vnumquodque enim agens agit per suam essentiam, & formam, quæ dat esse rei, quare & operationes Lunæ ex influentia a Solis lumine proficiscuntur.

Et quando additur, diuersæ tamen operationes sunt vtriusque.

Respondetur, hoc esse ex diuersitate subiectorum corporum; primo, quia corpus Solis cùm sit totum luminosum, & corpus Lunæ opacum, causant diuersitatem in operationibus. Secundo, id accidit propter aeris, & complexionum diuersitatem: nam cùm teste Aristotelé, Sol & homo generent hominem, in vna tamen regione nascuntur albi, in altera nigri. Et ex ijs veritas d cap. solitæ, intacta manet, Imperialem scilicet potestatem a Pontificali potestate, sicut lumen Lunæ a lumine Solis, quò ad temporalium administrationem proficisci.

Solis corpus totũ luminosum, lunę verò opacum, diuersimodè operãtur.

Eadem probatur Rationibus, quarum prima desumitur ex fine Reipublicę. Cap. XIII.

FElicitatem esse Reipublicæ finem, docet Aristoteles lib. 1. Moral Nicomachiorum. Nam quemadmodũ Artifex, qui primo opificium aliquod est effecturus, eius formam concipit, materiam quærit, quæ apta sit ad eam suscipiendam, instrumenta comparat tam animata, quã inanimata, per quæ formam commodè inferat in materiam: eadem ratione Philosophus moralis, & ciuilis finẽ actionum humanarum animo, & cogitatione complectitur, qui respondet formæ; subijcit Societatem Ciuilem, in quam introducere eum congruenter possit, qui respondet materiæ; adhibet optimam Rempublicam, eiusq; leges tàm publicas, quàm familiares, per quas id, quod intenderat, facilimè consequeretur, quæ respondent instrumentis animatis, & inanimatis, atq; hanc esse præcipuã eius intentionem profitetur. vt prius agere de fine, post

Reip. finis est felicitas.

Philosophi moralis & ciuilis finis quis sit.

de

de ciuitate, tum de Republica, postremo de legibus publicis, & familiaribus. Hæc autem progressio appellatur ab Aristotele ordo ad principia: quoniam si quando eo vtimur, exordimur a fine, atq; inde progredimur ad ea, quæ in actione finis ipsius consecutionem antecedũt. proindè felicitas ex sui natura has videtur habere attributiones ex ratione ipsa, & ex grauissimorum virorum, & pręcipuè Aristotelis approbatione, vt sit tanquam scopus, ad quem dirigere omnes nostras actiones debeamus, sit quemadmodum sunt in mathematicis suppositiones, sit principium, & causa bonorum omnium, sit denique veluti præmium propositum rectè agentibus. Sed vt Scopus nulla sanè alia in parte doctrinę ordine collocari potest, quàm in prima sede humanæ & ciuilis philosophiæ, quæ iure merito est disciplina dirigens societatem ciuilẽ ad propriam felicitatem per optimam Rempublicã, eiusq; leges tam publicas, quàm familiares. Etenim qua nam ratione animos ciuium instituemus ad honeste ex virtute agendum, nisi prius ijs felicitatem ipsam proposuerimus, ad quam spectantes rectum, honestumq; facilius attingant? Si verò eandem sumamus, vt suppositiones in mathematicis, nullum alium, vt sequitur, gradum ei tribuendum esse iudicabimus, quàm primum omnium, & eminentissimum. Ea enim quæ a reliquis moralis philosophiæ partibus supponuntur, non possunt non esse priora doctrinæ ordine ijs, quæ ea supponunt. Quod verò Ciuitas, vt sibi præcognoscendam respicere debeat felicitatem, ex hoc haberi facile potest: quoniam ex Aristotelis testimonio in 7. cap. 7. libri politic. ea in regione orbis terrarum sit constituenda, in qua homines ex caloris & frigoris temperamento producantur aptissimi tam ad actiones virtutum moralium, quàm ad actiones virtutum intellectiuarum, tàm ad temperantiam, quàm ad fortitudinem, tàm ad bellum, quàm ad pacem, tàm ad imperandum, quàm ad parendum. Quis igitur Euclidem non improbaret, si prius attulisset in eius libris propositiones, quàm suppositiones, quæ supponuntur ab ipsis propositionibus? & quis rursus non grauiter repre-

Ordo ad principia ex Arist. quis sit.

Felicitas censetur premium propositorum rectè agentibus.

Philosophia est disciplina dirigens ad propriã felicitatem.

Ciuitates in qua orbis regione sint constituenda.

reprehenderet Aristotelem si in constitutione partium philosophiæ humanæ, Ciuitatem præposuisset felicitati? Quod si felicitas quoque suscipiatur, vt principium, & causa bonorum, quis inficiabitur, eam debere esse primam? cum Aristoteles asserat, in ijs scientijs, quæ habent principia, causas, & elementa, in his sumendum esse initium a principijs, causis, & elementis? His adde, quod si vt præmium propositum rectè agentibus consideretur, quis tandem non concesserit primum gradum, & supremum ei deberi? Hæc cum diligenter animaduerteret Diuus Thomas in ea Theologię pertractatione, quæ erat de vita, & moribus, ordinatissimè auspicatus est ab ipso fine, & ab ipsa beatitudine. Hoc idem ad eius imitationem accuratissimè obseruauit Egidius Cardinalis doctissimus in eius libro de Regim.Princ. Felicitas itaque est Reipublicæ finis. At felicitas pendet à virtutibus, non quidem simulatis, vt perperam docuit Nicolaus Macchiauellus, sed a veris, virtutes verò a Religione, cuius præceptum est primum inter Iurisgent. præcepta, & huius caput est Summus Pontifex. quare ipsum, tum in rebus Ecclesiasticis, tum in politicis plenissimam in vniuersum terrarum orbem potestatem habere fatendum est.

Felicitas Reip. finis, quæ pẽdet à virtutibus.

Ratio secunda ex vnitate primi principij. Cap. XIV.

SEcundo loco probanda est Conclusio ex vnitate primi Principij; Nam inferiora regulari debent ad instar superiorum, cum ad imaginem Dei creati sumus, cap. hæc imago 33. q. 5. Sed sicut in supernis vnus est Deus, cap. 1. & cap. damnamus, de sum. trin. & cap. Nouicianus 6 q. 1. ita & in terris debet esse vnus Dei Vicarius ad eius similitudinem. At hic Vicariatus non Cæsari, sed Apostolico traditus reperitur, cap. quanto. de translat. ergo ipse Pontifex solus est Dei Vicarius, cui cuncta temporalia, & spiritualia subsunt.

Inferiora regulari debent ad instar superiorum.

Deus vnus.

Vicariatus Christi nõ Cæsari sed apostolico traditus reperitur.

Inquit enim Arist. 12. Metaph. tex. 55. principum pluralitatem non esse bonam, & per consequens vnicam debere

Principum pluralitas dãnatur ab Arist.

bere esse principium, ac inter rationes gubernandi optimam esse Monarchiam. 3. de repub. cap.5. & 3. polit. quem secuti sunt D.Tho.4.polit.lect.1.& Ægid. lib 2.de reg. princip. cap, 6. Vnde Plato in libro de Regno ita argumentatur. Tres Mundi sunt partes; Asia nempè, Africa, & Europa, quas tribus si distinctis Regibus subegeris: facilè continget saltem propter confines inter ipsos litem oriri, cuius iudicium ad nullum illorum triũ deuolui potest; quartus ergo constituendus est, qui vt eius sententiæ sit quiescendum in eos, inter quos iudicat, imperium habere debet; alioquin eius iudicium ab æquè potentibus dissoluetur. Addit Petrus de Monte in tract. de Monarch.c.10.quòd sicut monstruosum est in corpore plura esse capita; ita naturæ repugnat plures in orbe Dominos esse, ad euitandam ergo deformitatem, vnus totius Mundi Dominus poni debet. Nec si quis diceret, satis esse quolibet in particulari regno vnicum supremum Dominum esse; eadem enim est minimi ad maius proportio, quæ maioris ad maximum, & maximi ad supremum 5.top.cap.3.idest, partis ad partem, & omnium simul partium ad totum. Particulari igitur in Regno si vnicus debet esse Dominus, ergo in vniuerso quoque. Qua de re meritò Mitram, quæ potestatem spiritualem, Coronam verò, quæ temporalem significat, hancq; tripli cem capiti gestat Pontif. Max. vt se aliis Regibus gloria, auctoritate, rebus gestis superiorem ostendat.

Mundi tres partes.

Capita plura in vno corpore esse sicut est mõstruosum, ita natura repugnat, plures in orbe dominos esse.

Accedit etiam, quòd Petrus solus supra mare ad Christum venire visus est, vt mysticè daretur intelligi, quòd totum orbem per mare designatum, sub sua ditione habiturus esset.

Petrus solus supra mare ad Christum venit.

Verum respondent Politici, falsum esse terrenorum Imperium datum esse Apostolico, imò ei esse ademptũ: eiusq; Vicariatum esse in diuinis, & non in humanis: Et dum subditur, ergo in terris duo erunt Vicarii, hanc negant consequentiam: nam si Clerici, & Pontifex quatenus terrenis se non imiscent, non sunt de mundo, sicut nec Christus fuit de mundo, ergo solus Imperator in terrenis, & Pontifex in diuinis, Dei Vicarius dici debet.

Christus nõ fuit de mundo.

Præ-

Præterea, reſpectu eiuſdem regiminis duo Vicarii ordinari non poſſunt, ſecus ratione diuerſorum regiminũ, patet in Epiſcopo, qui ordinat Vicarium in temporalibus, & alium in ſpiritualibus, & vnus ab altero non dependet, ſed tantum ab Epiſcopo quilibet ipſorum dependentiam habet, propterea quòd quę non ſunt eiuſdem rationis, vnum ad aliud non reducitur: Sed ſpiritualis & temporalis iurisdictio non ſunt eiuſdem rõnis, igitur vna ad aliam non eſt reducibilis. Et quæ diſtincta ſunt in ſe, & ad diſtinctos fines ordinantur, vnum non eſt ab altero, veluti Imperium, & Papatus diſtincti in fines diuerſos, cap. cum ad verum. 96. diſt. Et ideò vnum ab alio ordinari non debet, immò imediatè ad aliquod certum, & independens, nempè ad Deum, a quo imediatè dependent, reducuntur. quare Deus duos conſtituit Vicarios, vnum ſcilicet in ſpiritualibus, alterum verò in temporalibus.

Vicarij duo reſpectu eiuſdẽ regiminis ordinari non poſſunt.

Eps̃ duos viccarios ordinare põt in ſpiritualibus ſcilicet & tẽpalibus.

Diſtincta & ad diuerſos fines ordinata, non depẽdent unum ab altero.

Et licet ambulatio ſupra mare in orbe dominium Petri vniuerſale ſignificet, de dominio tamen, quod Chriſtus habuit vel diuino, vel naturali, non de politico intelligi debet.

Petri ambulatio ſupra mare quid ſignificet.

Cæterum iſti in hac eorum reſponſione multipliciter falluntur: primo, in eo quod aſſerunt, falſum eſſe terrenorum Imperium datum eſſe Apoſtolico, immò eſſe ei ademptum. Secundo, cum inquiunt, Papæ Vicariatum eſſe in diuinis. Tertio, ſic etiam Chriſtum in diuinis duntaxat dominium habuiſſe. Quarto cùm negent conſequentiam, ergo in terris duo erunt Vicarij, ſi quidem licet ambo Vicariatus ſint in terris, vnus tamen (dicunt ipſi) eſt de mundo, & in mundo, vt Imperatoris; alius, vt Papæ, eſt in mundo, ſed non de mundo, id eſt, de mundanis.

Falſitas primi dicti patet ex cap. omnes. 22. diſt. vbi vniuerſalis iuriſdictio omnium ſpiritualium, & temporalium Petro, ſuiſq; ſucceſſoribus collata fuit. Ex quo etiam ſequitur falſitas ſecundi dicti, dum aſſerunt, quòd Vicariatus Papæ ſolum eſt in diuinis, ſuumq; dominium dici ſpirituale, & non temporale: nam ſicut Deus dici-

Vicariatum Papæ non ſolum in diuinis eſſe, ſed & in tẽpalibus.

Deus supremus mundi monarcha productiuè & gubernatiuè.

tur supremus Monarcha Mundi, ac temporalium gubernator productiuè, & gubernatiuè, licet in se non sit temporalis, & mundanus: ita eius Vicarius Papa licet primo, & per se dominium habeat super omnia temporalia non per immediatam executionem, sed per vniuersalem iurisdictionem committens Imperatori immediatam executionem, habere fatendum est.

Christum habuisse dominiũ tpalium actu & habitu.

Vnde etiam sequitur falsitas tertij dicti, quando asserunt, Christum non habuisse dominium temporalium, nec in habitu, nec in actu; teste eodem Saluatore dicente, Regnum meum non est de hoc mundo. Nam hæc Domini propositio, quam satis superq; in cap. 6. huius secũdi libri examinauimus a cõmuni Theologorum schola exponitur, id est, more mundano: Christus enim perfectionis statum nos ad imitandum ostendere voluit, quam ipse primò verbo beatificauit, Matth. 5. beati pauperes spiritu. & consilio demum confirmauit, Matth. 19. si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Homoq; factus Dominus Iesus terrena bona contempsit, vt nobis contemnenda monstraret; sicut ergo fuit in Christo dominium mundi diuinum, & humanum: ita in Papa mundi dominium loco Christi spirituale est, & temporale, diuinum, & humanum.

Manicheorũ error circa administratione tpaliũ, quæ ad aliũ finẽ q ad Deum non est reducenda.

Hinc, non solum inconueniens est, verum etiam hæreticum reducere administrationem temporalium ad aliũ finem, quàm ad ipsum Deum: error enim est Manicheorum. Sed dicere duos Vicarios tales esse, vt vnus sit in alterius administratione, pro vt Imperator recipit temporalium administrationem a Papa loco Dei, hoc non est inconueniens. Propterea pro exacta huius rei notitia obseruandum est, quòd potestas triplex est, imediata scilicet, deriuata, & in ministerium data. Prima est in solo Papa, vt vniuersalis iurisdictio omnium spiritualium, & temporalium. Secunda in omnibus Episcopis, & Prælatis. Tertia in Imperatore, Regibus, & Principibus sæcularibus, qui iurisdictionem super talia a Deo mediante Papa accipiunt, in cuius signum ei fidelitatis iuramentum præstant; Et ideò quando inquiunt, dominium

Potestas tripliciter sumitur.

Papę ptãs in spiritualib. & temporalibus.

Eṗorum ptãs.

Imperatoris, Regum, ac Principum secularium potestas.

vnum

vnum, scilicet Papæ, esse in mundo, non de mundo, alterum in mundo, & de mundo, scilicet Imperiale, debet intelligi dominiũ Papæ in temporalibus non esse de mundo, id est, more mundano, pro vt tamen est in Imperatore, sed sequela est falsa, scilicet quòd Imperator non habeat dominium suum recognoscere a Papa, vt ex præmissis apparet. Quare veritas manet inconcussa, quòd solus Petrus supra mare ad Christum venit, designans, totum dominium, quod per mare significatur, eidem Petro, suisq; successoribus committendum.

Imperator recognoscere hẽt eẽ dominiũ à Papa

Ratio Tertia ex vnitate Ecclesiæ. Cap. XV.

ARgumentum tertium ex eo peti potest, quòd Ecclesia est vna, vt legitur Cantic.6. vna est Columba mea, perfecta mea. & habetur in cap. loquitur. 24.q.1. & in cap. 1. §. vna. de sum. trin. Hæc est vnica archa Noe, extra quam quicumque terrestres diluuij tempore extiterunt, mortui sunt. cap. quia ex sola. & cap. quoniam vetus. 24.q.1. & quæ vnicum duntaxat ipsum Noe rectorem habuit: Hæc est illa vnica domus, in qua agni carnes comedi iubentur, & extra fores domus portari prohibentur, dictis iuribus. Hæc Ecclesia est, quæ mater dicitur, cùm per baptisma ab ipsa regeneramur, & extra quam non est salus, nec peccatorum remissio. cap. qui abstulerit. 12.q.2. si ergo est vna Ecclesia, & vnum corpus mysticum, ergo vnum caput habere debet, & non plura cap. quoniam de offic. ord. quia aliàs esset sicut quoddam monstrum, contra cap per Venerabilem. qui fil. sin. leg. sed caput non est Cæsar, sed Papa. cap. aliorum. 9.q.3. & cap.2. de sac. vnct. ergo Papa solus omnibus & in omnibus præesse fatẽdũ est. Et hoc mysticè probatur, quia Princeps in brachio, vel armis inungitur, non in capite, propter quod scriptum est; factus est principatus super humerum eius; vt non Princeps ipse, sed sacerdos caput esse intelligatur, qui sacerdos in ipso capite inungitur, cap. 1. de sac. vnct. Item Ecclesia, quæ vnica Christi sponsa dicitur, cap 1. 97. dist. vnicum virum, & non plures

Ecclesiæ vnitas.

Ecclesia cur dicatur mater.

Ecclesia vnicũ caput habere debet, & nõ plura.

Papa est caput ecclesiæ nõ Cæsar Princeps secularis in brachio vel armis inungitur ad differentiam Pontificis, qui in capite vngitur.

Ecclesia dicitur vnica Christi sponsa, quæ vnicum virum non plures habere dẽt,

Ecclesia dicitur Dei filia, q̃ vnicum patrẽ habere debet.
Et dicitur cuiuslibet regenerati mater vnica,

habere debet. cap. cum non ignores de præben. Insuper, ipsa Ecclesia est summi Dei filia, igitur debet habere patrem vnum, non plures. Item ipsa cuiuslibet regenerati mater vnica esse debet, cùm impossibile sit secundum naturam aliquem singularem ex duabus natum matribus; sitq; Ecclesia cuiusque singularis per baptisma regenerati Mater: & propterea Ecclesia mater dicitur, cap. qui abstulerit. 12.q.2. debet vna censeri, cum fictio naturam imitetur quantum potest.l. adoptio.ff. de adopt. & sicut non potest quis nasci ex duabus matribus; ita non potest ex duplici (vt ita dixerim) Ecclesia esse regeneratus. Et hæc potest esse ratio, cur Sanctum Baptisma non reiteratur. Ex quibus concluditur, in orbe Pontificem esse summum patrem, & orbis virum, & orbis vniuersalem Vicarium, atq; dominum, & cæteros ab ipso vt ab Architectore dependere, aliàs si poneres separatum Cæsarem ratione temporalium, poneres inferius duo principia, quod esset hæreticum, cap. quædam 24. q. vltima omniaq; melius per vnum reguntur. c. in apibus 7.q.1.

Fictio naturam imitatur quantũ potest.

Baptisma cur nõ reiteretur.

Papa est Sũmus Pater in orbe, & orbis vniuersalis vicarius atq; Dominus, a quo tanq̃ ab architectore oẽs dependent.

Huic argumento respondẽt Politici, verum esse quòd Ecclesia vna est, habens vnum caput Summum Pontificem, de qua etiam est Imperator, qui de Christi ouibus censetur. pariterq; verum esse, Pontificem orbis patrem existere. Sed dum subditur, ergo dependet Imperator ab eo vt inferior, fatentur vario, & diuerso modo: nam respectu diuinorum, in quibus Papa est Christi Vicarius, Imperator filius est Ecclesiæ, & Summi Pontificis: Sed in temporalibus nil commune habet cum Papa, cui nec habitu, nec exercitio temporalia vniuersa commissa sunt, sed soli Cæsari: Et quòd respectu aliquorum quis possit esse subditus, & etiam ratione aliorum liber, probat tex. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. Hinc Ecclesia est vnica Dei filia, vnica Dei mater, vnica Dei Archa, vnica Sponsa, habens vnicum Patrem, vnicum Filium, vnicum Rectorem scilicet Papam. Non tamen ex ijs sequitur, quòd pro temporalium administratione Cæsar a Papa potestatem recipiat, cùm nec alij inferiores in suis actionibus non a maioribus suis, sed a Deo, & a seipsis administra-

Imperator de Christi ouib. censetur.

Imperator an dependeat a Papa & sit inferior.

Subditus quis põt esse respectu aliquorum, & respectu aliorum liber.

nistrationem recipiant.

Verum hæc responsio nullius est momenti: nam committit fallaciam petitionis principij, quod enim probare tenetur, præsupponit vt verum, videlicet, quòd cuncta temporalia sint commissa à Deo immediatè Imperatori, ita quòd nil commune habeat Imperator cum Papa in temporalibus nec habitu, nec exercitio.

Imperatori an à Deo fuerint commissa cuncta temporalia immediatè.

Et quando addebatur, inferiores Principes non recipiunt in suis actionibus temporalibus a suis maioribus temporalium administrationem, sed vel a Deo, vel a seipsis: ita Imperator vel a Deo, vel a seipso.

Respondeo, quòd eo ipso quò minores supra se cognoscunt maiores, eò etiam in cunctis temporalibus se subiectos esse cognoscunt, nisi expressè desuper exceptio habeatur; Quod de Cæsare euenire putandum est, qui nullam potest allegare exceptionem, cur papæ in temporalibus quò ad dominij recognitionem vt in seq. cap. demonstrabitur, subiectus esse non debeat.

Ratio Quarta ex iure subiectionis, & iudicij. Cap. XVI.

Ratio quarta ex eo sumitur, quòd ille solus Monarcha dici debet, cui inferiores hoïes tanquàm vni p̄fixo principio respondeant; sed clari iuris est, quòd ipsi principi non omnes parere debent, nec cogi possunt: quia non Clerici, quos ipse non iudicat, cap futuram Ecclesiam. 12 q.1. & cap. Clerici de iudic. si ergo non potest inferiores omnes suo complecti dominio, non est ipse summus, cui omnes obtemperare debeant; sicut in hierarchia superiori, vbi omnes intelligentiæ ad suum Monarcham imobilem, motorem omnium, per diuersa officia ipsi tamen vni Deo parentia respondent. cap. ad hac. 89. d. cap. hæc imago. 33 q 5. cap principiû. de pæn. dist. 2 Præterea, ipsi Principi non subest Pontifex, qui a nemine etiam ab Augusto in temporalibus iudicari potest, vel etiam ab vniuersali Ecclesia, prætèrquàm de hæresi, cap. nemo. 9. q 3. cap. significasti. de elect. ergo non Princeps, sed

Monarcha quis dicatur.

Clerici non tenētur obedire principi sæculari.

Deus Summus monarcha, cui oēs intelligentiæ per diuersa officia respondent.

Papa à nemine iudicatur, p̄terq̄ de hæresi.

sed alius erit, qui omnes iudicet, & cui omnes pateant: At hic profectò Papa iudicandus est, cui quicquid fidelium est, vbique submittitur, dum totius corporis, id est, Ecclesiæ caput esse signatur. cap. aliorum. 9 q. 3.

Papa de tota ecclesia iudicare potest.
Imperator de ecclesia esse debet.
Papa sententias imperatoris nullas declarat, & eum deponit.
Papa solus monarcha iure merito dici meretur

Quod confirmatur, quia Papa de tota Ecclesia iudicare potest, cap. ipsi. ead. 9. ergo & de Imperatore iudicium dat, qui de Ecclesia esse debet. cap. conuenior. 27. q. 8. nam eius sententias nullas declarat. clem. pastoralis. de re iud. Eumq; deponit. cap. ad Apostolicè. de re iud. lib. 6. Nec non omnes alios tum clericos, tum laicos iudicat, cùm Ecclesia, vt superiori cap. mentionem fecimus, vnica sit; quare ipse solus Monarcha iure nuncupari meretur. Vnde benè canit Ecclesia, de Petro, Tu es Pastor omnium, Princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus omnia Regna Mundi.

Clerici quaten⁹ se t̄palib. non imiscent & Deo seruiunt, liberi sunt in oī regno.
Lex non est imposita iustis.

Verum huic rationi respondent Aduersarij, negantes consequentiam: Nam Clerici, quatenus se temporalibus non imiscent, & Deo seruiunt, sancti sunt, ac liberi in omni Regno, cap. ecce 23. q. 8. quia Lex non est imposita iustis, cap. duæ sunt. 9. q. 2. Et ratio est, quoniam Leges sæculi, & Monarchia Imperatoris est a Deo ordinata ad dirimenda litigia, quæ ratione sæcularium negotiorum oriuntur, & talis potestas in illos non extenditur, qui ipsis se non imiscent; & hi, vt dictum est, non sunt de Mundo, nec sub Monarchia Mundi. Sed quatenus sæcularibus se imiscent negotijs, sæculi legibus sunt subiecti. cap. magnum 11. q. 1.

Papa quō de tota ecclesia iudicet secundum Politicos.

Et dum subditur, quòd de tota Ecclesia Papa iudicat; hoc verum est spiritualiter, sed non temporaliter iudicando, vnde temporalia non exercet in terris Imperij, cap. causam, qui fil. sin. leg. Et de Imperatore iudicium dat spirituale, sub quo Imperator vt filius est Papæ, ac de ouibus Christi, non autem temporale, nisi fortè in patrimonio Beati Petri, quod pro diuinis substentandis obsequijs ab Imperatore Papæ datum est. cap. fundamenta. de elect. lib. 6.

Et dum subditur, quòd Petro, & Papæ soli regnū Cælestis, & terreni Imperii a Deo tributum est.

Re-

Respondent, quòd de Regno, quod Christus in terris habuit, nempè spirituale, non humanum, intelligi debet, cùm discipulis regnum disposuerit, sicut Pater disposuit sibi Regnum. Luc. 22.

Christus regnũ disposuit apostolis sicut pater disposuit sibi regnum.

At istorum responsio ex tribus, quæ a nobis quærenda nunc proponuntur, falsa ostenditur.

Quæritur igitur primo, An dominium rerum temporalium, & vsus earum sit de essentia Papatus, sicut est dominium spiritualium.

Secundo, an tale dominium temporalium de statu eius perfectionis diminuat.

Tertio, vtrum Clericis omnino interdicatur proprietas rerum temporalium.

Ad primam quæstionem conclusiuè dicitur, quòd sicut Papa non potest dicere se non tenere vicem Christi in terris: ita non potest negare rerum dominium non habere: quia sicut Domini est terra, & plenitudo eius: ita Christo Domino omnia subijciuntur cælestia, terrestria, & infernalia; Vnde vt Papæ, qui eius vicem gerit in terris, Cælestis, & terreni Imperii iura commisit. cap. sicut. 22. dist. Nec valet eorum euasio, cùm inquiunt, illud dominium diuinium solum, & non humanum in Christo fuisse.

Dominiũ rerum tẽpalium & eorũ vsus an sit de essentia papatus. Et an tale dominium de statu eius perfectionis diminuat.

Christo oĩa subijciuntur.

Quia, vt supra diximus, ante incarnationem diuinũ, post verò, diuinum, & humanum propter communicationem idiomatum fuisse perhibetur.

Ad secundã Dubitationem Dicitur, quòd sicut Dominus Ecclesiæ, omniumq; rerum ecclesiasticarum Christus est. cap. qui abstulit. 12. q. 2 ita & eius Vicarius Papa sine detrimento perfectionis sui status rerum dominium, earumq; vsum habere videtur. Quod quomodo sit intelligendum, est aliquid obseruandum ex parte dominij, & aliquid ex parte usus. Ex parte dominii, vt quamuis in rerum operatione, & iurisdictione Papa dominium teneat, tamen in præparatione non solum temporalia, imò corpus suum proprium cum opus fuerit pro suis ouibus exponere, & contemnere paratus sit. Hæc enim regula est omnium eorum, quæ sunt supererogationis

Christus dominium hẽt oĩum rerum ecclesiasticarum.

Papa in præparatione non solum temporalia, imò corpus proprium pro ouib. suis exponere tenetur.

tionis, & perfectionis opera: & quamuis perfecti Viri non semper ea teneant in actuali operatione, sed tantum ipsa cum animi præparatione habere debeant: Sic enim Christus in vna maxilla percussus, alteram percutienti non præbuit; sed dixit: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo; si aũt bene, cur me cædis? Et cũ Paulus in maxillã percuteretur, alterã non exhibuit; sed Act 24. inquit: percutiet te Deus paries dealbate. Vnde perfecti viri huius supererogationis opera in animi præparatione habuerunt, cùm enim fuerit opportunum, non solum in maxilla, verum in toto corpore Christus Crucifigi, & Paulus capite truncari paratus fuit. Sic Papa, & Clerici rerum dominium habere possunt in actuali operatione simul cum perfectione status, dummodo semper ipsarum carentiam, cùm opus fuerit, in animi præparatione teneant.

Christus in maxilla percussus cur alteram percutienti non præbuit.

Paulus in maxillà percussus cur alteram non exhibuit.

Ex parte verò vsus requiritur dispensatio, non proprii lucri factio: in rebus enim temporalibus vsus est bonus, abusio mala, solicitudo peior, quæstus turpior, vt inquit D. Bernardus ad Eugen.

Vsus in reb. tẽalib. bonus, abusio aũt mala, solicitudo peior, & quæstus turpior.

Quod igitur Aduersarij asserunt, Clericos temporalibus non se imiscentes iudicio Cęsaris non esse subiectos: secus si se sæcularibus ingerant, falsum esse ex dictis apparet.

Clerici tẽalib. se immiscentes non Cæsaris iudicio, sed Papæ subijciuntur.

Patet etiam eorum illationem hæreticam esse, cùm ipsi inferant, Clericos non debere se temporalibus bonis imiscere, nec illis vt propriis vti Ad Ecclesiæ enim conseruationem, & dignitatem optimo iure diuitias retinent: Sic & Abraham ditissimus fuit, sic Gregorius. Sic Ludouicus Galliæ Rex, quamplurimiq; alii Sancti, Ecclesia ita approbante, sed iniquum, ac passiuum est Laicorum scandalum, dum Prælatos diuites vident: Nam si in veteri lege Leuiticis decimæ dabantur, cur ministris noui testamenti non licebit.

Clericos non debere se temporalibus bonis immiscere hæreticum est dicere.

Clerici ad ecclesiæ conseruationem & dignitatem diuitias possident.

Abraham ditissimus.

Sancti quãplurimi diuites fuere.

Decimæ iure veteri instituta

Patet insuper falsitas eorum, quæ adducunt, videlicet, Papæ iudicium in tota Ecclesia esse solum spirituale, & non temporale.

Dicimus enim, quòd temporale non exercet, sed id Impe-

Imperator à Papa temporale dominium recognoscere debet.

Imperatori committit, ab eoq; tum ex sua coronatione, tum inunctione, tum deniq; consecratione illud recognoscere debet, vt not. Bar. in extrauag. Ad reprimendum, in ver. totius orbis: Glos. auctoritate motus, quam post Abb. secuti sunt Aret. And. Sicul. Felyn & Decius in d. cap. nouit nu. 11. propterea quòd si Papa ex causa Reges, Principes, & Imperatores destituit, fortius ergo ordinare, & instituere poterit: facilius enim conceditur, vt quid fieri possit, quàm vt factum tollatur; nam constitutio, & institutio fauorabilis quidem est, destitutio verò, & destitutio odiosa. ita Peregrinus in tract. de iur. fis. lib. 1. cap. fiscalia autem nu. 37. Et cum vacat potestas temporalis, in administratione Papa succedit: Sic enim vacante Imperio, concludunt Inno. Abb. & Felyn. in cap. licet ex suscepto, per illum tex. de for. compet. & est casus in Clem. Pastoralis, in fin. de re iud. Quinimo orta litè inter Imperatorem, & Principem non recognoscentem eũ in superiorem, Papa erit Iudex competens; immò de causa vel dubio aliquo inter Papam & Imperatorem cognoscit Papa Clem. Romani §. cæterum de iureiuran.

Papa si ex causa reges & Imperatores destituit, fortius eos instituere potest. Concedit facilius quod fieri potest, q̃ factum tollatur. Constitutio fauorabilis, destitutio verò ẽ odiosa. Papa succedit in administratione vacante principe sæculari. Lite pendente inter Imperatorem & Principem non recognoscentem eũ in superiorem, Papa ẽ iudex cõpetens. Papa cognoscit ĩ causa inter ipsũ & Imperatorẽ.

Falsumq; denique esse, quòd Petri patrimonium pro substinendis obsequijs ab Imperatore Papæ tributum fuerit. Cum Imperator Constantinus potius restituerit q̃d iniustè detinebat, vt inferius ostendemus.

Ratio quinta ex diuturna consuetudine approbata. Cap. xvij.

ARgumentum Quintum ex eo peti potest, quòd Romani Principes saltem iam post Christi incarnationem, & Principis Mundi per Christum eiectionem, eorum potestatem à Summis Pontificibus recipere consueuerunt, vt in eorum coronatione, & consecratione, fidelitatisq; præstito iuramento apparet. cap tibi Domino, & cap. ego Rex Otho. 63. dist. Consuetudo autem ius præbet, cap. quanto. de transla. quare in omnibus Imperator Romano Pontifici subest.

Principes Rom. post Christi aduentum p̃tatem a Pontificibus receperunt.

Consuetudo ius prabet. Imperator in omnibus subest Ro. Pontifici.

Ad hæc, Ecclesia de Imperio ad libitum disponit, cũ

T ipsum

Ecclesia imperiũ de græcis in Germanos trāstulit, ideò de imperio ad libitum dispo nit.

ipsum de Græcis in Germanos transtulerit, cap. per venerabilem de elect.

Papa deponit Reges & imperatores.

Item Reges, & Imperatores Papa deponit, cap. aliud 15 q 6 quod facere non posset, nisi subiecti essent.

Reges coronātur ab Episcopis.

Præterea Episc. vel ab ipso delecti, vel cōfirmati ipsos Reges creant, Reges eligunt potentissimos, aut ius regnandi eis dant legitimum, & plenum, notissimum namque est, in creandis Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, Poloniçq; Regibus maximis primas esse Episcoporum, notissimum, Reges Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Suetiæ nisi vngerentur, & coronarentur ab Episcopis, non fuisse omnino pro Regibus habitos, vt aperuit Thomas Bozius signo 76. de admiranda Sacrę potestatis progressione lib. 17.

Rex Galliarum vngitur ab Archiep. Rhemensi.

Hæc autem vera sunt, adeò, vt, cum Galliarum Rex vngitur ab Archiepiscopo Rhemensi, is accipiat baculum, disseratq; per illum se dare Galliæ principatum Regi, propter ius, quod Hormisdas Papa Sancto Remigio dedit, asseuerans ad se in primis eligendi Regis potestatem pertinere, quæ refert Papirius Massonus Gallicus scriptor in vita Henrici primi. Rursus, ad Pontificiam potestatem spectat, nomen Regis Principibus attribuere; id est constituere, qui primas inter alios Principes huiusmodi honore haud dignatos obtineant, exterisq; præcellant, & auctoritate maiori polleant apud alios mortales. Nam, quod Hungariæ, Rex appellatur, est a Pontifice Romano concessum Stephano, vt testatur Bonfinius, & Cartuitius, qui Poloniæ, a Ioanne 22. ut Cromerus scribit: nomen enim Regis interciderat in eo principatu: quod Portugalliæ, ab Eugenio tertio, id tradit Rodericus; quod Scotiæ Rex vocetur, ab Vrbano secundo earum Regionũ Ducibus est indultum, vt refert Leslæus.

Hormisdas Pōt. ius Sancto Remigio dedit, dandi baculũ Regi Galliarum in signũ ptātis, quam habet in ipso eligendo.

Papa inter Principes seculares cōstituit, qui primas inter alios sit.

Imperij potestas unde proueniat.

Electores Imperij ex consuetudine approbata ius eligendi habent.

Huic argumento respondent Politici, negantes antecedens: Nam Imperij potestas, inquiunt ipsi non recipitur a Pontificibus, sed a Deo, & per medium Populi Romani, qui hanc iurisdictionem in Principem transtulit. §. sed quod Principi. Inst. de iur. nat. Et hodie per Electores, qui eum eligunt, quam quidem electionē ex

con-

consuetudine approbata, quæ ius tribuit eligendi, habere videntur, cap. venerabilem de elect. & cap. ad apostolicè de re iud. lib. 6. quinimò si Papa eligeret, Imperij Potestatem non tribueret, nisi materialiter. Nec etiam Electores potestatem tribuunt, sed Deus: determinant enim potius personam ad talem dignitatem, quàm ipsi tribuant Potestatem, sicut & Cardinalium Collegium determinant personam Papę, nec tamen per electionem ei ius tribuit.

Electores Imperij dicuntur determinare personam ad dignitatem, quàm ipsi potestatem tribuere.

Imperator nō potest se alteri subijcere.

Et licèt Imperator Papæ Sacramentum præstet, non ob id valet consequentia, ergo Papa est vniuersalis temporalium Dominus, si enim Cæsar se, Romanumq; Imperium alteri subijcere vellet, vtiquè non posset; L. Legatus. ff de offic. Præsid. Item ad iurandum, si non vult, compelli non potest, nec si iurat, est fidelitatis iuramentum, per quod censeatur inferior. Nec illa iura dicunt, quòd Imperator a Papa potestatem recognoscat, sed iurat Papæ, quòd sibi fauebit, & exaltabit Ecclesiam. Insuper, si hæc recognitio esset a Papa, non ea quidem ex Summi Pontificatus potestate, sed ex concessione sibi ab Imperio facta, quæ vtique posset reuocari, sicut & aliàs ea fuit in Cæsare, qui Pontificem eligebat, cap. Adrianus. 63. dist. penderet.

Imperator ad qu.d iuret in manibus Papæ.

Imperator olim Pōtificē eligebat

Nec etiam Papa de Imperio liberè disponit, nisi in cōsequentiam ratione peccati, nec pro quolibet peccato tēporalia ad se reuocare potest, quia hoc esset subuertere vniuersalem alterius iurisdictionem, contra cap. nouit. de iudic. Sed pro peccato graui, vt putà pro denegatione iustitiæ, cap. ex tenore, & cap. licet ex suspecto. de for. compe. Vel pro hæresi, vel pro fautoria hæresis, nam tunc Imperio priuari posset, nec mirum, quia & ipse Pontifex huiusmodi de causis deponendus esset, vt cap. 24 primi libri diximus: Verum Papa hæc facere videtur ratione propriæ suæ iurisdictionis spiritualis, non autem temporalis. Quinimo in veteri Lege Rex iudicabat, & deponebat Pontificem: Nam Salomon 3. Reg. 2. deposuit Abiathar, & in eius locum constituit Sadoch: pari igitur ratione in nouo Testamēto Christiani Impera-

Papa quo casu liberè de Imperio disponit.

Papa in quib. casib. sit deponendus.

Reges in veteri lege deponebant Pontificem.

torismunus erit, Christianum Pontif. iudicare. Quod etiam re ipsa Christiani Imperatores sæpè iudicauerunt, ac deposuerunt Pontifices. Nam Constantius in exilium misit Liberium Papam: Iustinianus Syluerium: Theodoricus Rex Ioannem 1. in carcerem coniecit: Otho 1. Ioannem 12. deposuit, & in eius locum Leonem 8. substituit: Henricus 3. Gregorium 6. deposuit, & Clementem 2. ordinari iussit, de quibus omnibus plenæ sunt illorum temporum Historiæ. Non itaque Papa supra Imperatorem, sed Imperator supra Papam esse fatendum est.

Imperatores Christianos sæpe deposuiße Pontifices.

Diluuntur aduersæ instantię. Cap. xviij.

Imperium Rom. vnde originem sumpserit.

At hæc Aduersariorum responsio in omni parte deficit: Nam primum quòd Romanum Imperium, vt a Deo ordinatum, ex populi electione originem sumpserit, hoc falsum est ante conuersionem illius Imperii, cum manifestum sit, illud Dominium fuisse vsurpatum, & tyranicum, propterea quod in linea duntaxat Christi verum dominium fuit: taleq; Romanorum Dominium fuisse a Deo mediante populo permissiuè, non ordinaria voluntate, veluti omnes quatuor Mundi Monarchiæ fuerunt a Deo permissæ in penam peccantium, & ipsorum Dominantium vsq; ad lapidem Christum de monte Virgineo præcisum, statuam percutientem, & præcipuè Romanum Imperium, quod præ omnibus Principi Mundi, & Diabolo militabat, qui teste Saluatore, per ipsum eiiciendus erat, & verum, merumq; dominium introducendum.

Imperium verũ fuit solum in linea Christi.

Et dum inquiunt, Electores eligere ex consuetudine approbata, quæ ius eligendi tribuit, vt d.cap. venerabilem. Dicimus, eos quidem eligere ex consuetudine approbata per Sedem Apostolicam: Nam cùm Imperator sit Papæ minister, eò quòd Dei minister est, vt ait Apostolus ad Rom. 13. non sine causa gladium portat: Dei enim minister, in iram ei, qui malè agit, iudex censetur, eiusq; officium est Ecclesias contritas, & concisas restaurare, nouas ædificare, Sacerdotes honorare, atque

Electores Imperij habent ius eligendi ex cõsuetudine approbata per sedẽ apost. Imperator tanq̃ Papa minister gladium defert.

Imperatoris officium.

contra

contra hæreticos, & rebelles tueri, nam Deus tamquam Summi Sacerdotis ministrum deputauit.

Quoniam verò, teste philosopho primo Metaph. Actiones sunt suppositorum particularium, noluerunt Summi Pontifices per se Imperatores deputari propter pacem vndique in populo Christiano nutriendam: sed per Electorum deputationem, qui ius eligendi ab ipsa sede apostolica recipiunt, auctoritate tamen sibi reseruata ipsã electionem examinandi; Cuius ratio est, quia ad eum pertinet electionem aliquam examinare, ad quem ius eligendi conferre, & ordinare, ac ipsam electionem confirmare. Hoc autem spectat ad summum Pontificem, cuius ipse minister est. Propterea in præallegato cap. per Venerabilem. de elec. Papa loquens in persona sua, inquit: ius, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promouere ad Imperium, ad nos spectat, qui eum vngimus, & consecramus. Et Gregorius. V. tempore Othonis Imperatoris conuocatur, & requisitis Alemaniæ Principibus septem Electores instituit officiales ipsius Curiæ Imperialis, quatuor Laicos, videlicet, Regem Boemiæ, Ducem Saxoniæ, Comitem Palatinum, & Marchionem Brandeburgensem. Nec non tres Clericos, videlicet, Archiepiscopum Maguntinensem, Treuerensem, & Coloniensem.

Imperatores cur eligantur & non deputentur per Summos Pontifices.

Electores Imperij a quib. instituti, & qui sint.

Et quando inferunt Aduersarij, quòd etiam si Papa eligeret, nisi materiale in ipsa electione tribueret. Dicimus, quòd cùm Papa vniuersos Christi fideles in præsenti Ecclesia ad pacem ordinare, ac ad supernaturalem finem dirigere debeat, ideò iusta, & rationabili causa existente, per se ipsum vel propter eligentium negligentiã, & discordiam; aut propter electi bonitatem, & condecentiam: seu ob Hæreticorum, Schismaticorum, & Paganorum potentiam & audaciam cohercendam, Imperatorem eligere posset. Et tunc materiale; id est, personam electam, & formale, id est, potestatem Imperialem, non quatenus homo, sed quatenus Dei Vicarius, vtique daret. Quare potestas Imperialis dependet a Deo mediante eius Vicario, non itaque simile videtur de Electoribus, & Car

Papa Christi fideles tenetur ad pacem ordinare.

Papa quo casu posset per seipsũ Imperatorem eligere.

dinalibus ratione personæ electæ.

Et quando addebant, quòd Imperator ad iuramentum fidelitatis præstandum compelli non potest, nec suam potestatem a Papa recognoscere iurat, sed quòd sibi fauebit, & exaltabit Ecclesiam.

Iuramentum ab Imperatore Papæ præstitum dicitur reuerentiæ & naturæ.

Dicimus primo, quòd iuramentum ab Imperatore Papæ præstitum etiam si reuerentiæ sit, & naturæ, hoc nobis sufficit: quia & huiusmodi iuramentum fidelitatis, & naturæ dici potest, ad quod sicut Imperator obligatur, ita & ad alterum teneri fatendum est.

Imperatoris potestas a Deo dependet mediante eius vicario,

Præterea potestatem a Deo mediante eius Vicario, & non a se ipso recognoscere, ac recipere debet.

Et cum inferunt, quòd aliàs Imperator Papam eligebat.

Papa olim eligebatur ab Imperatore, sed non erat propriè electio.

Dicimus, quòd non propriè erat electio, sed turbatione Ecclesiæ occasionem præstante, in communi arbitratum fuerat, d. cap Adrianus.

Et cùm inquiunt, Papam de Imperio ad libitum disponere non posse nisi ratione peccati magni, veluti denegationis iustitiæ, hæresis, & fautoræ hæresis.

Papæ ptās quòad depositionem Imperatoris dependet a Deo.

Singula hæc concedimus, sed rationem ab eis assignatam negamus; cùm asserunt, Papam imperialem auctoritatem Imperatori auferre non posse, quia illam ab eo non recipit. Nam sæpè dictum est, quòd potestas illa dependet a Deo mediante Papa quòad esse completum, & formatum.

Salomon deposuit Abiathar.

Ad confirmationem verò desumptam ex 3. Reg cap. 2. Vbi Salomon deposuit Abiathar, & Sadoch in eius locum constituit; quare sicut in Veteri lege Rex iudicabat, & deponebat Pontificem, pari ratione in nouo Testamento Imperator Christianus Christianum Pontificem iudicare poterit.

Iurisdictio ecclesiastica & sæcularis in veteri lege non erant distincta.

Respondeo primo, quòd Rex intromittebat se de iurisdictione super Sacerdotes, nec propter hòc se intromittebat de iurisdictione aliena: quia iurisdictio ecclesiastica, & sæcularis in veteri testamento distinctæ non erãt, sed erat vnica iurisdictio, cui Rex præerat: ideò ipse super Sacerdotes potestatem habebat, eosq; pro crimine oc-

cidere

cidere, sicut quoscumque Laicos, & multò magis eos officijs, & dignitatibus spiritualibus priuare poterat, vt refert Alph. Tost. super cap. 12. 4 Reg. q. 8.

Secundo negari potest similitudo: nam cùm in veteri testamento promissiones tantum temporales fuerint; & in Nouo spirituales, & æternæ: mirum minimè videri debet, si in Testamento Veteri Summa Potestas fuerit temporalis; in Nouo spiritualis.

Ptas summa cur in veteri testamēto fuerit tp.alis, in lege aūt noua spiritualis.

Tertio dico; etiam in Testamento Veteri fuisse Pontificem Rege maiorem; quod quidem probatur tum primo ex cap. 27. Numer Vbi dicitur, quòd ad verbum Pontificis Eleazari tàm Princeps Iosue; quàm omnis populus ingredi, & egredi deberet. tum denique ex Leuit. 4. Vbi quatuor sacrificia instituuntur, ex quorum ordine, & magnitudine, colligitur ordo, & dignitas personarum, pro quibus fiebant. Primum erat Vituli pro Pontifice. Secundum etiam Vituli pro toto populo. Tertium Hirci, id est, vilius, pro Rege. Quartum Capræ pro quolibet priuato. Ad illud de Salomone Respondeo, eum, non vt Regem, sed vt Prophetam, & diuinæ iustitiæ executorem deposuisse Abiathar substituto Sadoch. Nam ibidem. 3. Reg. cap. 2. dicitur Salomon amouisse Abiathar, vt impleretur Sermo Domini &c.

Pontificem fuisse ēt in veteri testamento Rege maiorem pbatur

Salomō deposuit Abiathar non vt rex, sed vt ppheta & diuinę iustitia executor.

Ad exempla verò eorum Pontificum, qui depositi fuerunt, adducta, Respondeo, hæc quidem facta esse, sed quo iure ipsi viderint. Certè Liberium iniustè pulsum in exilium, testatur Athanasius in Epistola ad solitariam vitam agentes. Idem de Syluerio Liberatus in breuiario. cap. 22. De Ioanne 1. Beatus Gregorius lib. 4. Dialog cap. 30. Et certum est Constantium, ac Theodoricum Arianos: Iustinianum Eutchinianistam fuisse. Itaque non magis mirum est, quòd hæretici Principes Christianos Pontifices deposuerint Tyrannico iure; quàm quòd Ethnici Imperatores eosdem passim occiderint.

Liberius a Pontificatu iniustè pulsus.

Constantius & Theodoricus arriani. Iustinianus Eutichinianiste.

Ab Othone 1. satis constat bono zelo, sed non secundum scientiam depositum esse Ioannem 12. Fuit enim iste Ioannes omnium Pontificum ferè deterrimus Atq; ideò non mirum, si pius Imperator, qualis fuit Otho primus,

Iohannes xij. ab Othone an licitè fuerit depositus.

mus,

mus, sed rerum ecclesiasticarum minus peritus, eum deponi potuisse iudicauerit; præsertim cùm multi Doctores idé senserint. Quo circa Otho Frisingẽsis lib. 6 cap. 23. Vbi historiam hanc exposuit, modestè Imperatorem taxat: Vtrum, inquit; licitè fecerit, an non, non est huius temporis dicere.

Gregorius Pont. non fuit depositus ab Henrico iij. sed persuasus vt cederet.

De Henrico 3. minor est difficultas: nam vt constat ex eodem Othone Frisingensi lib. 6. cap. 32. Imperator Henricus Gregorium non deposuit, sed vt cederet, illi persuasit; quia ingressus simoniacè videbatur. illo verò sponte cedente, Clemens electus fuit. Addit præterea Leo Hostiensis, qui eo tempore floruit, lib. 2. Chronici Cassinensis cap. 80. Concilium Episcoporũ fuisse coactum, & ab Imperatore Pontificem inuitatum, vt Synodo pręsideret; vt quamuis ipsius Pontificis causa ageretur, ipse tamen Summus Iudex esset; ipsum autẽ grauiter erratorum compunctum, veniam postulasse, & se spõtè Pontificatu abdicasse.

Ratio Sexta desumpta ab exemplis. Cap. xix.

Ozias dum Sacerdotum officium usurpasset, fuit lepra percussus, & coactus ex vrbe discedere.

Sacerdotes olim Reges deponebãt quando lepra percussi erant.

NVnc ad Exempla veniamus. Primum est Paral. 26. Vbi legimus Oziam Regem, cum Sacerdotum officium vsurparet, a Pontifice fuisse de Templo eiectum, & cùm propter idem peccatum Lepra a Deo percussus fuisset, coactum etiam fuisse ex Vrbe discedere, & Regnum filio renuntiare. Quod enim non sponte sua, sed ex Sacerdotis sententia Vrbe, & Regni administratione priuatus fuerit, patet: Nam legimus Leuit. 13. Quicumque, inquit Lex, maculatus fuerit Lepra, & separatus est ad arbitrium Sacerdotis, solus habitabit extra castra. Cùm ergo hæc fuerit Lex in Israel, & simul legamus 2. Paral. 26. Regem habitasse extra Vrbem in domo solitaria, & filium eius in Vrbe iudicasse populum terræ, cogimur dicere, fuisse eum ad arbitrium Sacerdotis separatum, & consequenter regnandi auctoritate priuatum. Si ergo propter Lepram corporalem Sacerdos olim Regem iudicare, & Regno priuare poterat, quare id non poterit modò

dò propter lepram ſpiritualem, id eſt, propter hæreſim, quæ per lepram figurabatur. vt D. Auguſt. docet in quæſt. Euang. lib. 2. quæſt. 40. Præſertim cum 1. Cor. 10. Paulus dicat, omnia in figura Iudæis contigiſſe?

Secundum exemplum eſt 2. Paral. 23. Vbi cùm Athalia tyrannicè Regnum occupaſſet, & Baal cultum foueret, Ioiada Pont. Centuriones, & milites vocauit, eiſq; iuſſit, vt Athaliam interficerent, quod & fecerunt: & pro ea Ioas Regem creauit. Quod enim Pontifex non ſuaſerit, ſed iuſſerit, patet ex illis verbis 4. Reg. 11. Et fecerunt Centuriones iuxta omnia, quæ præceperat eis Ioiada Sacerdos. Item ex illis 2. paral. 23. Egreſſus autem Ioiada Pontifex ad Centuriones, & Principes exercitus dixit eis; Educite eam (Athaliam Reginam) extra ſepta Templi, & interficiatur foris gladio. Quòd autem cauſa huius depoſitionis, & occiſionis Athaliæ non ſolum Tyrannis eius fuerit, ſed etiam quòd Baal cultum foueret, patet ex illis verbis, quæ ponuntur immediatè poſt eius occiſionem: Itaque, inquit Scriptura, ingreſſus eſt omnis populus domum Baal, & deſtruxerunt eam, & altaria, & ſimulacra illius confregerunt.

Athalia dũ tyrãnice regnum occupaſſet, iuſſu Ioadæ pont. interfecta fuit.

Tertium exemplum eſt Beati Ambroſij, qui cùm Epiſcopus eſſet Mediolanẽſis Theodoſiũ Imperatorem, qui Mediolani Sedem ſuam ordinariè tenebat, primum eum propter cędem, quam Theſſalonicè, a militibus fieri imperauerat, excommunicauit: deindè ei præcepit, vt legem ferret, nè ſententiæ latæ de cæde, vel bonorum publicatione, ratæ eſſent, niſi poſt triginta dies a ſententiæ pronunciatione, vt nimirum, ſi quid per iracundiam præcipitanter dictaſſet, intra tot dierum ſpatium reuocare poſſet. Scribit hoc Theodoretus lib. Hiſt. 5. cap. 17. At qui non potuit Ambroſius excommunicare Theodoſium propter cædem illam, niſi prius cauſam illam cognouiſſet, & dijudicaſſet, licet criminalis eſſet, & ad forum externum pertineret, non potuit autem cognoſcere, & iudicare eiuſmodi cauſam, niſi etiam in foro externo legitimus Iudex Theodoſij fuiſſet.

Ambroſius Sanctus Theodoſium Imperatorem excõcauit, & quare.

Præterea, cogere Imperatorem ad legem politicam fe-

Eforum authoritas circa principes ſæculares.

V rendam

rendam, & præscribere ei formam legis; nonnè manifestè ostendit, posse Episcopum temporali potestate vti, etiam in eos, qui potestatem super alios acceperunt? Etsi Episcopus quilibet id potest, quantò magis Episcoporum Princeps, qui nòn ratione Sacerdotii absolutè considerati, sed ratione collationis clauium vniuersalem, & immediatam temporalium executionem Principibus sæcularibus confert?

Zacharias cur Childericum Frācorum regem deposuerit.

Quartum est Zachariæ, qui rogatus a Primoribus Francorum, Childericum deposuit, & in eius locum Pipinum Caroli Magni Patrem, Regem creari iussit. Cuius causa fuit, quia propter Childerici socordiam, & Religioni, & Regno in Gallia extrema ruina imminere videbatur. vt patet ex Cedreno in vita Leonis Isauri, Paulo Diacono lib.6.cap.5.de gestis Longobardorum, de cuius exemplo latè diximus supra cap.3.

Imperium translatum à Græcis ad Germanos a Leone iij.& quare: & an id rectè factū fuerit.

Quintum exemplum est Leonis 3.qui Imperium transtulit a Grçcis ad Germanos, propterea quòd Græci nullum auxilium laboranti Ecclesiæ occidentali adferre possent.

Ad hoc exemplum Aduersarij dupliciter respondent: nam alij negant rectè factum, vt Pontifex Imperium a Græcis tranferret in Germanos, vsurpataq; auctoritate id fecisse.

Alij verò asserunt, factum quidem iure, sed auctorē translationis non Pontificem, sed populum fuisse Romanum.

Imperij translatio approbata cō sensu totius orbis Christiani.

Ad primos respondetur, hanc translationem ritè, & legitimè factam fuisse, apertè constare. primò, ex consensu totius orbis Christiani: semper enim omnes Christiani pro veris Imperatoribus Carolum Magnum, eiusq; successores habuerunt: nec fuit vmquam vllus Rex Christianus, qui Imperatorem præcedere voluerit, tametsi eum alioqui potentia, & Regni antiquitate anteiret.

Lutherani infesti Imperatori.

Primi sunt Lutherani, qui sicut populum fide & religione spoliauerunt, ita quoque Imperatorem suum de eius sede deturbare moliuntur.

Secundo, ex felici huius translationis aduentu: vt enim

Deus

Deus iure factum fuisse ostenderet, multis victorijs Carolum ornauit, Regnumq; eius florentissimum, & Ecclesiæ vtilissimum esse fecit.

Caroli magni Imperium florentissimum fuit, diuina fauente gratia.

Tertio, ex Græcorum Imperatorum confessione, qui non semel confessi sunt, Romanum Pontificem iure potuisse facere, quod fecit. Nam in primis cùm Irene Imperatrix Carolum a Leone Imperatorem appellatum audisset, non solum non reclamauit, sed etiam Carolo nubere voluit, & fecisset, nisi perfidi quidam Eunuchi impediuissent, vt Zonaras, & Cedrenus in vita eiusdem Irenæ scribunt.

Imperatores græci confessi sunt ritè Imperium à Pontificib. translatum.

Deindè mortua Irena, Nicephorus Imp., qui ei successerat, legatos ad Carolum, tanquam Imp. misit; & paulopòst defuncto Nicephoro Michael ei succedens, similiter legatos ad Carolum misit, qui cum palam Imperatorem salutauerunt. Nec solum Græci, sed etiam Persæ legatos & munera ad Imperatorem Carolum miserunt.

Persę olim Legatos & munera ad Imperatorem miserunt.

Prætereà Imperator Græcorum Emanuel, cum Pontificem Alexandrum 3. ab Imperatore Friderico in extremas redactum angustias intellexisset, eidem Pontifici auxilium, pecuniarumq; ingentem vim, si vellet Imperium occidentis Constantinopolitanis Imperatoribus reddere, obtulit: Respondit autem Pontifex, nolle se ea coniungere, quæ maiores sui de industria & optima ratione diuisissent.

Emanuel græcorum Imp. Alex. iij. Pont. in angustijs redact. auxilium & pecuniã cur obtulerit

Vbi notandum est, Emanuelem aliud a Pontifice noluisse, quàm Imperij titulum, quem non tanto precio emere voluisset, si eum inanem, vel etiam falsum, & illegitimum esse credidisset.

Ad alios, qui dicunt auctorem translationis non Pontificem, sed populum Romanum fuisse, facilè est respondere: Nam in primis populus Romanus nunquam habuit Imperatoris creandi potestatem: Sed antiqui Imperatores vel iure hęreditario Imperium habuerunt, vt Octauianus, Tiberius, Caius; vel ab exercitu creabantur, vt Claudius, Vespasianus, & alij creati fuerunt. Et fuisse hanc ordinariam consuetudinem, vt Imperator ab exercitu crearetur, testatur Beatus Hieron Epist. ad Eugen.

Populus Ro. nũquã habuit Imperatoris creandi potestatem.

Imperatores olim eligebantur ab exercitu.

Carolus magnus quo Imperium adeptus fuerit.

relatum in cap. legimus 93. dist. Tempore autem Caroli Magni nullus fuit Romanorum exercitus, qui eum Imperatorem creare potuerit. Soli enim in Italia erant Græcorum, & Longobardorum exercitus, & ij omnes Carolo infensi nec iure hæreditario Carolus Imperium habuit, vt patet.

Deindè, si quam Romani in Imperatore eligendo auctoritatem habuerunt, eam quidem amiserunt, quando Imperii sedes Constantinopolim translata fuit: Nam deinceps per annos circiter quingentos, hoc est, à Constantino Magno vsque ad Carolum Magnum, Senatum, populumq; Romanum circa Imperatorum creationem nihil vnquam egisse legitur.

Imperium à græcis in Germanos translatum fuisse per Leonē iij. oēs historici fatētur.

Præterea, omnes Historici asserunt, Leonem 3. Imperium a Græcis in Francos, seu Germanos transtulisse. Quod idem docet Innoc. 3. in cap Venerabilem. de elect. Ad eos, inquit, ius, & potestas huiusmodi ab Apostolica Sede peruenit, quæ Romanum Imperium in persona Magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos.

Et ibidem subiungit. Principes Germaniæ id apertè recognoscere. Ipse etiam Carolus Magnus idem non obscurè significauit, cùm scriptum a se testamentum, quo filios suos hæredes Imperij relinquebat, ad Leonem Papam, testantibus historicis, vt sua firmaret subscriptione, misit.

Gregorius V. Sanctionem de Imperio eligendo per septē Germaniæ Principes edidit.

Sextum exemplum est Gregorij V. qui Sanctionem de Imperatore eligendo per septem Germaniæ Principes, q̃ vsq; ad hanc diem seruatur, edidit. Quod ita esse, præter Historicos, etiam Magdeburgen Cent. 10 cap 10 col. 546. his verbis asserunt: Gregorius suam patriam insigni aliqua dignitate ornaturus, sanxit, vt penès solos Germanos ius esset eligendi Regem, qui post diadema a Romano Pontifice acceptum, Imperator, & Augustus appellaretur. Hinc ius eligendi, vt supra diximus, non est in Sacerdotio absolutè considerato, sed in clauium collatione, in quibus vtriusq; Imperij Cælestis, & Terreni Christus iura concessit. cap. 1. 22. dist. Propterea decipitur Hugo, qui in cap. cum ad verum dist. 69. censuit, Cæsaream di-

Ius eligendi Imperatorem i clauium collatione consistit.

Hugonis deceptio circā imperatoriam dignitatem.

dignitatem, gladijq; potestatem Imperatorem non ab Apostolis, sed a Principibus, & a populi electione accepisse.

Septimum exemplum est Gregorij 7 qui Henricum 4. Imperatorem deposuit,& alium eligi iussit, quod & factum rectè fuisse,etiam ipsi hæretici fatentur.

Gregorius vij. Henricum iiij. Imp. deposuit, & alium eligi iussit.

Octauum exemplum est Innocentij 3. qui Othonem 4. similiter deposuit, vt patet ex Blondo,decade 2.lib 6.

Innocentius iij. Othonē iiij. deposuit.

Nonum est Innocentij 4. qui in Concilio generali Lugdunensi,consentientibus vniuersis patribus, Fridericum 2.deposuit,& tunc Imperium annis 27. vacauit teste Mattheo Palmerio in Chronico Extat adhuc tota sententia in Fridericum lata in cap ad Apostolicæ. de sent. & re iud. lib. 6.

Innocentius iiii. Fridericum ii. deposuit.

Imperium annis 27. olim vacasse post depositionis Friderici ii.

Idem etiam Innoc. 4. Lusitaniæ Regi quendam coadiutorem dedit,qui Regnum administraret;quandoquidem Regis negligentia,& Respublica, & Religio in Lusitania detrimentum patiebatur id habetur in cap.Grandi de supplen,negligen præl. in 6.

Innocentius iiii. Regi Lusitaniæ coadiutorem in administratione Regni dedit, & quare.

Decimum est Clementis 6. qui Ludouicum 6 Imperatorem a Ioanne 22 & Benedicto 12.excommunicatum deposuit. Cuius historiam vide apud Pighium lib.Hierarch.Eccles.cap.14.& 15.

Clemens iiii. Ludouicū iiii. Imp. deposuit.

Denique verò, ob publicum bonum, reiectis ijs, ad quos iure alioquin imperia magna spectabant, quamuis nihil omnino demererentur, ea detulerunt ad alios, qui nihil omnino iuris prius habebant. Huius autem rei duo sunt illustrissima exempla Ac primum contingit in orientali Imperio. Nam, cum legitimus esset illius dominus Balduinus secundus, Michael Palæologus id inuasit, eiecto armis Balduino, qui ad Carolum Neapolis, ac Siciliæ Regem confugiens, poterat illud recipere: & nihilominus placuit Gregorio Decimo adiudicare orientale Imperium Michaëli Palæologo,& auferre illud Balduino: vt testatur Villaneus lib.7. cap.44. Nanclerus gener.43 Licet enim nulla esset in culpa omnino Balduinus, attamen vix fieri posse videbatur, vt Imperium recuperari posset; Michael autem pollicebatur, se fore in fide Ec-

Gregorius x. cur Imperium orientale Balduino abdicauerit.

ecclesiæ Catholicæ vnà cum Græcis, quod pro virili præstitit ille quoad vixit, atq; ita Gregorius Decimus abstulit iura Orientalis Imperij Balduino vero Domino & dedit Michaeli, qui nihil iuris habebat. Secundum contingit eodem tempore. Nam cum fuissent electi a Germanicis Proceribus inter se dissentientibus ex vna quidem parte Richardus Anglus Dux Cornubiæ, & ex alia parte Alphonsus Decimus Castellæ Rex veluti Reges Germaniæ, atq; ad vnum ex istis necessariò pertineret Germaniæ Regnum, nihilominus placuit Gregorio Decimo illorum neminem confirmare, atq; admittere, vel ad Imperium, vel ad Regnum, sed iussit electoribus, vt alium crearent. Ac tunc factus Rex, & Imperator Rodulphus Austriacæ Familiæ parens nè quidquam reclamante Alphonso. Sic legitur huic a Papa ablatum ius occidentalis Imperij, quod habebat ad rem, datumq; Rodulpho: quæ scribunt Nanclerus gener. 43. Villaneus lib. 7. cap. 44. Polydorus Virgilius lib. 16. sub annum 1257.

Gregorii x. promisso in dissensione procerum germanorum i creatione Imp.

Soluuntur obiectiones euertentes adducta exempla prima obiectio. Cap. xx.

Sed occurrunt Politici, atquè obiiciunt primo talem instantiam. Imperator est prior tempore summo Pontifice; igitur non ab eo potestatem accepit; & per consequens ipsum deponere non poterit.

Imperator prior tẽpe Pontifice.

Respondeo, si loquamur de Imperatoribus Christianis, deq; Christi Vicario, nullus certè negabit, Papam esse priorem tempore Imperatore: primus enim Imperator Christianorum fuit Constantinus, qui a Beato Siluestro fuit sacri baptismatis fonte regeneratus. Ille autem summus Pontifex fuit in ordine trigesimus secundus, quare longè est Imperium posterius Pontificatu: cùm Beatus Siluester anno Domini 315. ad Pontificatum assumptus fuerit, a quo Constantinus Lepra curatus, & baptismatis fonte lotus fuit.

Papã fuisse priorem tẽpe Imperatore christiano.
Constantin⁹ primus Imp. Christianus à B. Silnestro baptismatis fonte regeneratus.
Constantinus à lepra curat⁹ fuit a B. Siluestro.

Si verò loquamur simpliciter, & in vniuersum de Imperio, & Pontificatu, adhuc Sacerdotii apex, seu Pontificatus

ficatus est prior Imperio: nam ante Christi Sacerdotium fuit Sacerdotium Leuiticum, & Sacerdotium Legis Naturæ, vt D. Paulus ad Hebræos scripsit. Propterea Papæ Dominium tripliciter considerari potest: vel quātum ad figuram; vel quantum ad personam; vel quantum ad officium. Quoad figuram Papæ officium præcessit omnes Imperatores, & Reges, qui iusto titulo naturaliter, & politicè sumpserunt: quia Summum Sacerdotiū in Melchisedech figuratum, & significatum est.

Sacerdotium Leuiticū ante Christi Sacerdotium *Papa dominium tripliciter consideratur.* *Papæ officium quoad figuram præcessit oēs imperatores.* *Sacerdotiū summum in Melchisedech figuratū.*

Quantum verò ad personam, verum est quod Papale Dominium in Petro sumpsit originem, quem plures Imperatores, & Reges in temporalium administratione præcessisse fatendum est; non autem quò ad ipsius dominii iurisdictionem, quam nec ante, nec post vllus Rex, vel Imperator nisi a Christo, & per consequens a Papa eius Vicario habere potest: quia potestas Christi æterna est, quæ non auferetur; & Regnum, quod non corrumpetur. Dan 7. Sed quantum ad officium secundū immediatam administrationem aliquorum temporalium, & secundum liberam in toto terrarum orbe omniū spiritualium executionem officium Papale post Imperatorem Constantinum incæpisse fatendum est.

Papa dominium quoad personā a Petro sumpsit originem. *Christi potestas æterna.*

Soluitur secunda obiectio. Cap. xxi.

SEcunda obiectio: Papa a Constantino sceptrum, ac Diadema accepit cap. Constantinus 96. dist. igitur Imperator a Pontifice deponi non potest.

Papa a Constantino sceptrum & diadema accepit *Intellectus Cap. Constantinus 96. dist.*

Respondeo primo, Sanctionem illam Pontificiam inter paleas numerari a iuris Pontificii Doctoribus: Verū dico, cap. illud adductum tantum abesse, vt nostram demoliatur sententiam, quod magis illam roborat, atq; cōfirmat. Aspiciamus ergo quæso illius verba, & videbimus, non fuisse datam ab Imperatore potestatem, sed id potius, quo illam Summus Pontifex exercere posset. Verba sunt hæc; Sancimus, vt principatum teneat super quatuor Sedes, Alexandrinam, Antiochenam Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quàm etiam super omnes

in vniuerſo orbe terrarum Ecclesias, & Pontifex, qui per tempora ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior Princeps cunctis Sacerdotibus, & totius mundi exiſtat, & eius iudicio quę ad cultum, vel fidem Chriſtianorum, vel ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur.

Papę primatus ſuper oēs totiꝰ orbis eccleſias, à Chriſto Petro & ſucceſſorib. datꝰ.

Ex quibus verbis tria colliguntur, quæ ab Imperatore illa conſtitutione ordinata fuerunt, Chriſti Vicario tribuenda: nimirum, Primatum ſuper Sedes Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam, & Conſtantinopolitanam, ac omnes totius orbis Eccleſias. Apicem Sacerdotalis dignitatis. Facultatem decernendi in iis, quæ ad fidem, & ſtabilitatem Chriſtianorum procuranda ſunt. Quis, obſecro, dixerit, hæc ab Imperatore Chriſti Vicario donari poſſe? A Saluatore noſtro Petrus, eiuſq; ſucceſſores Primatum ſuper omnes Sedes, Apicem Sacerdotalem, ac ius decernendi, vt ſacra teſtantur oracula, acceperunt, Attamen iſtæc ab Imperatore in ſummum Pōtificē deriuare huius adducti loci verba innuunt.

Imperatoris munus.

Caſtè verba intelligenda ſunt, eo nimirum ſenſu, quòd Imperator propria auctoritate, ac viribus, tanquàm Chriſti miles, & tutor Eccleſiæ, quid a populis Chriſtianis ſit faciendum, declaret. ad quæ exequenda quantum illius patiuntur vires, omnibus imperet.

Præter hæc, phrygium candido ſplendore nitentem, & nitore ſplendentem albo, reſurrectionem Dominicam deſignantem, ab eodem ſacratiſſimo verrici impoſitum fuiſſe ait, decernendo, vt illo Beati Siluestri ſucceſſores vterentur.

Conſtantini donatio an fuerit valida in praiudicium Cęſaris.

At tamen ornamenta Sacerdotalia, myſteria ſignificantia a Deo ordinata fuiſſe, vt de Aarone legimus, & a Chriſti Apoſtolis, omnibus conſpicuum eſt. Quapropter illa donatio non fuit ratione poteſtatis Regiæ, ſed vſus, ac executionis poteſtatis, quemadmodum ſi defuncto Rege, exacto a proprio Regno, filiis Regnum amiſſum daretur, non poteſtas, ſed executio poteſtatis illis donaretur. Dicamus igitur, Donationem illam fuiſſe poſſeſſionis aſſignationem bonorum, ac rerum, in quibus Chri-

ſti

sti Vicarius iurisdictionem exercere poterat, bonauè illi fuisse donata, non autem Regiam potestatem.

Verum si quis dixerit, huiusmodi donationem non valere, quia in præiudicium Cæsaris successoris fieri non potuit.

Respondebitur, hoc verum esse, quando in donatione subtrahitur successori quod ei iure debetur; non autem quando redditur alteri quod sibi erat ablatum Constantinus ergo quia reddidit Ecclesiæ, & Christi Vicario illa, quæ ab ipso receperat, & in abusum ex tyrannica potestate diu tenuerat, Infernali Principi, & Idolis seruiendo, ideò illa donatio redditio censetur; cum enim Domini est terra, & plenitudo eius, & per consequens Papæ sui Vicarij, si quidem in primo quando concurrit aliqua iurisdictio communicabilis, tunc communicans communicat eam eo ordine, quo nata est esse in ipso vno. Propterea Constantinus de suo nihil dedit, sed donando reddidit in Dominii recognitionem, & honoris venerationem, glos. in l. 1. § cum Vrbem. de offic. præfect. Vrb. cap. ego Ludouicus. 63. dist.

Constantinus in donatione Papæ facta de suo nihil dedisse censetur.

Hinc Gregorius Pontifex in donatione multorum oliuetorum facta Beato Petro, & sculpta in marmore in Basilica Sancti Petri dicit se potius reddere, quàm donare dicta olíueta Beato Petro, & Beato Paulo. Idipsum quoque in tabulis donationis Ludouici est, quòd Pipinus & Carolus Exarchatum Rauennæ per donationis paginam restituerunt; vt apertissimè Eginarthus in Caroli Magni, cuius scriba ipse erat, vita tradidit. Et propterea qui nonnulli, in quibus Panuinus, asserunt Romam, exarchatum Rauennæ, & cæteras Italiæ ditiones omnino donatas à Pipino & Carolo Magno Pontificibus Romanis, omnino isti falluntur.

Pipinus & Carolus quò exarcatum Rauennæ per donationis paginam restituerint

Vel denique cum Turre crema. sum. de Eccles. lib. 2. cap. 41. dicamus, quòd Papa dominium temporale habet immediatè a Deo Matth. 16. executiuè, seu declaratiuè Concilijs, à Constantino verò promulgatiuè.

Quòd si quis iterum obuciat, ex illa donatione varias, tum hæreses ortas fuisse, vt hinc Poeta Dantes in deci-

Donatio à Cæsare vno facta fuit, causa quamplurium hæresum.

mo nono Inferni cantu dixerit.

Ahi Constantin di quanto mal fu Matre
Non la tua conuersion, ma quella dote,
Che da te prese il primo ricco Patre.

Tum quia contra doctrinam Christi talia militant, cum ipse dixerit: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem exercent in eos benefici vocantur; vos autem non sic. Et Apostoli etiam Act. 6. dixerunt: Non est equum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis, quare impeditiua sunt spiritualium.

Ecclesia et ante donationem Constantini plenam habuit iurisdictionem.

Respondetur, aliud esse loqui de iurisdictione, aliud de administratione, & aliud de immediata executione. Nam quò ad vniuersalem omnium temporalium iurisdictionem etiam si Constantinus nullam donationem fecisset, adhuc ab initio Ecclesia plenam iurisdictionem habuit, quia & in clauium collatione Cælestis simul & terreni Imperii iura Christus Petro, suisq; successoribus contulit, cap. 1. 22. dist. Similiter immediatam temporalium administrationem habere videtur, quam Imperatori confert, & quæ immediata dicitur executio, quatenus sęculi negotia non a spirituali, sed sæculari statu exequũtur. Vnde Petro dictum fuit, Mitte gladium tuum in vaginam: quia gladio temporali qui vtitur, etiam illo iudicatur: propterea subiunxit; omnis qui gladium accipit, &c. qui etiam sæcularis gladius erat Petri, Christus enim ei dixerat. Tuum gladium: tuus inquam quantum ad vniuersalem iurisdictionem, ac etiam quòad immediatam administrationem, non autem personalem executionem. Quid igitur donauit Constantinus circa hęc tria? Non primum, quia illam concessit Christus in collatione clauium. Non secundum, nisi quòad liberam temporalium administrationem, quam prius Ecclesia propter persecutionem non habebat. Non tertium, cùm id a Papa Imperatores recipiant, id est, immediatam temporalium executionem, quæ est actuum spiritualium impeditiua, de qua Apostoli intelligebant, dicentes: Non esse æquum ministrare.

Christus i Clauium collatione Petro facta cæle stis simul & terreni imperii iura contulit.

Imperatores recipiunt à Papa immediatã temporalium executionem.

Accedit insuper, quòd de tali donatione quicquam legi

gi apud probatum Historicum compertum est, præsertim eos, qui scripserunt illa ætate, vel illi proxima: Nam nec Eusebius, qui fuit diligentissimus narrator rerum Christianorum non meminit, quod tamen nullo modo omittendum videbatur. Nec Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Ioannes Chrisostomus, nec Aminianus, nec Historia tripartita; nec ipsemet Damasus Papa in sua Chronica, nec Beda, nec Orosius meminerunt Ea tamen vt popularis refertur in d. cap. Constantinus. quæ quidē Sanctio, vt supra diximus, inter paleas a Scribentibus connumeratur.

Donationis Constantini nullus probatus historicus mentionem facit.

Verum vtcumq; sit, aduersus istos Politicos obiicio huiusmodi dilemma. nam aut Constantini donatio est vera, aut falsa: Si vera, (quemadmodum Orthodoxi, & veri Catholici talem esse fatentur) cùm in Bibliotheca Cōstantinopolitana, & in Romano Palatio scripta videatur, nec non de eius decreto tum in Concilio Niceno, tum etiam in Concilio Constantiensi sermo habeatur, eo tamen sensu, quem supra retulimus; nec hæretici quidem veluti Erasmus, & Lutherus eam refellere, sed Constantinum duntaxàt suasione Diaboli ditasse Ecclesiam asserere ausi sunt, peto ab eis, quo nam titulo, vel iure Principes (exceptis S.R E. Feudatariis) Italiam, cæterasq; occidentales partes possideant? non alio quidem, nisi quòd Ecclesia eis concesserit, personalem nempè executionem. Si verò est falsa, sicut ipsi (hæreticis peiores) confingunt; qua nam auctoritate, & potestate, (præter adducta exempla) Zaccarias primus Pipino petenti Regnum Franciæ confirmauit? Insuper, cur Leo Tertius Carolum Magnum Imperatorem constituit? ac filium Pipinum Italiæ Regem decreuit? Populo Romano lætissimis vocibus acclamante, Carolo Magno Imperatori piissimo ac pacifico a Deo creato, vita, & victoria. Vt hinc Paulus Paruta nobilis Venetus in suis sermonibus Politicis lib. 2. sermone nono facilè fuerit hallucinatus, cum dixerit Carolum Magnum post recuperatam Italiam à Longobardis, filium suum Pipinum eiusdem Prouincię Regem constituisse. Cur deniq; Alexander 6. orbem terrarum

Donationem Cōstātini uerā fuisse donationē orthodoxi fatentur

Hæretici non audent refellere donationem Constantini, sed ipsū suasione diaboli ditasse ecclesiam hallucinantur.

partitus fuit, Insulasq; Noui orbis Ferdinando Arragonum Regi, eiusq; hæredibus ac successoribus donauit, concessit,& assignauit, vt pontificio diplomate patet? Nō alia quidem, nisi quòd Christus Romano Pontifici; qui eius vicem gerit in terris, vtriusque Imperij cælestis scilicet,& temporalis iura commisit, d.cap.1. & cap. sicut. 22. dist.

Et quando dicebatur, Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem in eis exercent, benefici vocantur; vos autem non sic.

Respondetur, Vos autem non sic;id est,ne vos animo illo dominemini,quo Reges, & Principes gentium dominantur,hoc est, propter inanem gloriam, fastum, & propriam vtilitatem,& commodum cum iactura,& incommodo populorum; Itaque verbis illis non aboletur dominium absolutè,sed præposterus,& peruersus dominandi modus prohibetur. Item Reges gentium, id est, cum Tyranni sint, vocari tamen volunt benefici. Vos autem non sic. Hinc fallitur Peregrinus in tract. de iur & priuileg. fisc. lib.1.nu.26.& 27.cum dixerit, ex donatione prædicta omnium temporalium potestatem in Papam translatam fuisse.

Soluitur tertia obiectio. Cap. xxij.

TErtia obiectio: Christus Imperatoriam Potestatē supra se agnouit, cum ait Pilato Ioan.19. Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Multò igitur magis Papa Romanus,qui se Christi Vicarium nominat,Imperatoriæ potestati subijci deberet,non itaque Papa Imperatorem deponere potest.

Christus nemini fuit subiect⁹, sed spontè se iudicio Pilati subiecit.

Respondetur, Christum sine dubio, cum esset Deus, ac Dei filius nemini de iure fuisse subiectum; sed tamen spontè se Pilati judicio propter nos subiecisse; non committendo ei super se aliquam auctoritatem,sed eam humiliter tollerando, quam de facto, non de iure habuit. Id quod ostendit Matth.17. Cùm rogatus tributum, primum se non teneri docuit, & deindè propter scandalum

tol-

tollendum dari iussit. Ad locum illum Ioan. 19. dupliciter respondetur. Primum cum Cyrillo, & Chrisostomo in hunc locum, loqui Dominum non de potestate iurisdictionis, sed de permissione diuina; vt sit sensus: Non posses quidquam in me facere, nisi Deus permittere decreuisset; de qua potestate intelligitur etiam illud Luc. 22. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

Altera expositio est Augustini, & Bernardi, qui docet, Christum loqui de vera potestate iurisdictionis; iuxta quam sententiam optimè etiam cum superioribus illa verba cohærent: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Est enim sensus: Tu me crucifigis, quia me tuis offendere Cæsarem, a quo tuam potestatem habes; & peccas quidem, quia magis Deo obedire deberes, quàm hominibus: tamen magis peccat Iudæus, qui me tradidit tibi, quoniam ille non metu superioris potestatis, sed ex odio, & inuidentia me crucifigit.

Et quamquam prior expositio magis literalis videatur, tamen hæc etiam posterior nihil aduersum nos habet. Nam Pilatus potestatem in Christum habuisse dicitur, & re vera habuit, non per se, sed per accidens. Habuit enim ille per se potestatem in omnes Iudæos, qui Romano Imperio subiecti erant: Porrò Dominus oblatus ei fuerat, vt vnus aliquis de numero priuatorum Iudæorũ: propterea etiam in ipsum, vt sic oblatum, potestatem habuit. Etsi enim Pilatus Christum Dei filium esse suspicabatur; non tamen vt Dei filium, sed vt priuatum Iudæum iudicauit. Quemadmodum si hoc tempore Clericus quispiam mutato habitu Prætori iudicandus offerretur, Prætor ex auctoritate in eum animaduertere posset, & a culpa excusaretur, si ignorantia verè probabilis esset.

Pilatus quã potestatem habuit in Christum.

Pilatus Christũ non ut Dei filiũ sed ut priuatum iudicauit.

Diluuntur reliquæ obiectiones. Cap. XXIII.

QVarta obiectio: Paulus Act 25. Cæsarem appellauit: Ad tribunal, inquit, Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari. Et infra: Cæsarem appello. Si Paulus

Petrus & Paulus apostoli pares

lus Cæſarem iudicem agnouit, certè etiam Petrus; pares enim Petrus, & Paulus fuerunt; Non igitur Papa Imperatorem deponere poteſt.

Paulus apoſ. cur ad Cæſarem appellauit.

Reſpondetur; primo dici poſſet, Paulum ad Cæſarem appellaſſe, quia de facto, & ſi non de iure ipſius Iudex erat. Secundo dici poteſt, & melius, diſcrimen eſſe inter Principes Ethnicos, & Chriſtianos. Nam quo tempore Principes erant Ethnici, Pontifex illorum Iudex non erat, ſed è contrario in omnibus cauſis ciuilibus, non minus quàm cæteri homines, illis ſubijciebatur. Quod .n. Pontifex illorum Iudex non eſſet, patet: quia non eſt Iudex niſi fidelium: iuxta illud 1. Cor. 6. Quid ad me de his, qui foris ſunt, iudicare? Quod verò è contrario ipſe illi de iure, & de facto ciuiliter ſubiectus eſſet, manifeſtè liquet. Nam lex Chriſtiana neminem ſuo iure, & dominio priuat: Sicut ergo ante Chriſtianam legem homines Imperatoribus, & Regibus; ita etiam poſtea, ſubiecti erant. Quare Petrus, & Paulus paſſim hortantur fideles, vt Principibus ſubditi ſint. ad Rom. 13. ad Titum 3. & 1. Pet. 2. Meritò itaq; Paulus Cæſarem appellauit, eũq; iudicem agnouit, cùm ſeditionis, & tumultus in populo excitati accuſaretur.

Principes Chriſtiani ſponte Euãgelij leges ſuſceperunt, & Pontifici ſe ſubiecerũt

At verò cùm Principes facti ſunt Chriſtiani, & ſponte Euangelij leges ſuſceperunt, continuò ſe tanquàm oues Paſtori, & membra capiti, Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Præſidi ſubiecerunt; & proindè ab illo iudicari, non illum deinceps iudicare debent.

Quinta, & poſtrema obiectio: Licet vnicuique Pontificem occidere, ſi ab illo iniuſtè inuadatur: multò igitur magis licebit Regibus Pontificem deponere, ſi is Rempublicam perturbet, vel animas malo ſuo exemplo occidere nitatur.

Papa non iudicatur niſi à Concilio.

Reſpondetur; negando conſequentiam; quoniam ad reſiſtendum inuaſori, & ſe defendendum nulla auctoritas requiritur, neque opus eſt, vt qui inuaditur ſit iudex, & ſuperior eo, a quo inuaditur; vt ad iudicandum, & puniendum auctoritas requiritur. Itaq; ſicut licet reſiſtere Pont. corpus inuadenti: ita animas inuadenti, vel Rẽpub.

tur-

turbanti resistere licet,& multò magis si Ecclesiã destrue re niteretur: Licet,inquam,ei resistere,non faciẽdo quod iubet, & impediendo nè voluntatem suam exequatur, non tamen eum iudicare,vel punire, vel deponere licet, quod non nisi superioris, nempè Concilij, munus est, vt superiori libro cap. 23. & 24. latè diximus.

Ratio septima deprompta ex Iure, vt appellant, Status.
Cap. xxiiij.

SCio,ac mentis oculis intueri videor, nonnullos, qui sibi docti, & ingenio excellentes, mihi tamen litte ratores, & curiosi potius videntur, in mediũ prodire,& dicere se minimè inficiari amplissimam Pontificum fuisse potestatem,namque hi,vt apud Halicarnassæum lib.2.be ne scriptum refert antiquitas, de omnibus causis ad sacra pertinentibus iudicabant,& inter priuatos, & magistratus,& inter Deorum ministros, nouasq; leges de sacris arbitratu suo condebant. Verum in his,quæ ad Reipublicè statum pertinerent, nihil prorsus iuris Pontifices habuisse. Quibus satis etiam, præter rationes hactenus a nobis adductas facere in animo est. Itaque meminerint, Vlpianum in l.1.§.1.ff. de iust. & iur. partiri ius omne in publicum, & priuatum vel, tum ex Quintiliano,tum ex Aristotele,in sacrum,publicum,& priuatum, quod idem cum Vlpiano est, quia publicum etiam in sacris consistit publicum igitur est,quod ad statum Reipublicè spectat,quodq; vt idem Vlpianus ait eadem l.1.§.1. in sacris,in Sacerdotibus,& magistratibus consistit, quo modo Accursius in d.§.1. & Andreas Alciatus in l. pupillus.§. munus.ff. de verbor. signif. peritè satis explicant. Atquè præter illos, sciendum est, quòd in Reipublicæ statu non modo tractatur de rebus diuinis, de sacris cærimonijs,de personis sacris & de ijs, quæ accesso riè sacra respiciunt,vt de pauperibus,de pijs causis,& de personis, quæ fori eorum erant, vt Cicero apud Pontifices pro domo sua,differebat,sed etiam Reipublicæ Roma næ expedire putarunt,si ius Ciuile inter Sacra, Cærimoniasq;

Pontifices an olim in his, quæ ad Reip. statum pertinẽt,aliquod ius habuerint.

Ius oẽ publicũ aut priuatũ, ex sententia Vlpiani.

Ius publicũ quænam sit.

In Reip. statu de quib. tractetur.

niasq; Deorum immortalium abditum, solisq; Pontificibus notum esset. vt refert Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Vnde Pomponius Iurisconf. in l. 2. §. omnium. ff. de orig. iur. dixit, omnium legum, & interpretandi scientiam, & actiones apud Collegium Pontificum fuisse: ex quibus constituebatur, quis quoque anno priuatis præesset. Namque Pontifices testamentorum facultatibus præerant, maxime cùm calatis Comitijs fierent, quæ propriè Pontificum fuisse testis est Gellius lib. 15. cap 27 Item de emancipationibus adoptionibusq; cognoscebant, & discernebant: cuius rei plura, itemq; dignissima habemus testimonia, Ciceronis scilicet, pro domo sua. Taciti lib. 7. Ann. & Gellij. lib. 5. cap. 19. Deponebatur etiam apud eosdem Pontifices, vt auctor est Varro lib. de ling. latin. cap 4. pecunia illa, quam Veteres Sacramentum appellabant, videlicet, quod litigãtes pænæ nomine æs pendebant. Item de periurio, in cestu, & alijs eiusdem generis criminibus cognoscebant, & pro delicti qualitate pænas irrogabant, atq; supremo supplicio incestum puniebant, vt ex eodem Cicerone lib 2. de leg. facilè intelligi potest. Iudicasse autem Halicarnassæus eodem lib. 2. & ipse fatetur. Nonne & Festus Pompeius scribit Pontificem Maximum iudicem, & arbitrum esse rerum diuinarum, atquè humanarum? Atque ideò tanta per temporis successionem apud homines valuit Pontificum potentia, vt ab ipsis multi diuersis temporibus magistratu se abdicare, dignitatem deponere, & potestate regni consulari abire iussi, coactiq; fuerint. Quamobrem aliquando suspectam, & inuisam fuisse Patritiis haud obscurè Liuii locus lib 7. demonstrat, apud quem Pontifices, Auguresq; eorum Sacerdotia Plebi communicari conqueruntur. Eandem cum postea Sũmi Imperatores pertimescere inciperent, vt eo liberarentur metu, Summo Pontificatu initiari, & omnibus sacris inaugurari voluisse, auctor est Dion Cassius lib. 53. existimabant nimirum, si summo illo essent Sacerdotio aucti, Cæsaream potentiam, & dignitatem alicuius potestati nequaquam cessuram.

Pontificum autoritas in legibus condendis et interpretandis.

Põtificem max. caput antiquos iudicem rerum diuinarũ fuisse. Pontificum autoritas apud antiquos quãta fuerit.

Quod Virgilius indicare etiam voluit illis versibus.

Rex

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbiq; Sacerdos
Vittis, & sacra redimitus tempora Lauro.

Arguméto item nostro deseruire quoq; videtur, quod apud Ciceronem de Romana historia narrat Antonius lib.2.de orat. Erat historia, inquit, nihil aliud, nisi annalium confectio, cuius rei, memoriæq; publicæ retinendę causa, ab initio rerum Romanarum, vsque ad P. Mutium Pontificem Max. res omnes mandabat litteris Pontifex Maximus,efferebatq; in album, proponebat tabulã domi,potestas vt esset populo agnoscendi,qui etiam nũc Annales maximi nominantur. Nec mirum videri debet hanc historiæ conscribendæ curam Pontificibus Max.fuisse demandatam :siquidem fuit Hebræorum, Ægyptiorũ, & Chaldæorum id scribendæ historiæ studium, ea diligentia, ea laus, vt publicum, diuinumq; hoc munus semper existimarent, tantum integerrimis dignum,optimisq; viris: nam solis Sacerdotibus, & Prophetis permissum erat res gestas litteris mandare, nec supra quidem scribentis memoriam. Et ea monumenta publica erant, ac diligentissimè,& sanctissimè, vt initio docet Iosephus cõtra Grecos & Manethonem scribens, Necnon Esdræ lib. 3. cap.2. asseruabantur.

Historia Romana quid contineret,& quib. conscribendæ historiã cura esset demãdata.

Sacerdotes & pphetæ olim Soli res gestas litteris demandabant.

Quantam insuper politicam potestatem Sacerdotes habuerint apud omnes gentes,referunt Thomas Bozius de Ruinis Gent.& Regn.lib.2 & Anastasius Germonius de Sac. immunita lib.1. c.11. Nemo enim teste Platone, in lib de Regno, Rex creabatur,nisi qui Sacerdotio præditus foret. At si ità vsu veniret,vt vnus, aliquis profanus regnũ p vim adipisceretur,is postea sacris initiari cogebatur,quo esset Rex,& Sacerdos Hinc apud Ægyptios Sacerdotes iudices erãt. Apud Romanos inter priuatos,& magistratus, & inter Deorũ miñistros ius quoq. dicendi potestatem habebant. Apud Gallos de omnibus ferè controuersiis publicis priuatisq; cõstituebantur. Et si quod erat admissum facinus,si cædes facta,si de hæreditate,si de finibus controuersia erat, iidem decernebant, præmia, pœnasq; constituebant;immo magistratus creabant. In conuentibus Germaniæ publicè habitis, vbi sæpè de summa

Rex olim nemo creabatur, nisi Sacerdos esset.

Sacerdotũ apud Romanos authoritas.

Sacerdotes apud Gallos cuius authoritatis essent.

Sacerdotum ius apud Germanos.

rerum agebatur, Sacerdotes ius habuisse imperandi, & silentium indicendi Cornelius Tacitus lib. de moribus German. apertè scribit: qui etiam Histor. lib.4. asseuerat, neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem nisi Sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam, nec ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. Caliphæ quoque fuerunt apud Aegyptios, qui sacris tantum præerant, confirmandiq; Reges, quos Soldanos vocabant, potestatem habebant, sicuti à Romano Pontifice, & Christi in terris Vicario Romanos Cæsares diademate insigni inueterata consuetudine, optimoq; iure fieri videmus.

Idipsum etiam probatur a populari nominis notione: Nam Ius Status, interesse Politici appellant, quod quidem se habet veluti centrum, a quo omnes cogitationum nostrarum lineæ deducuntur, & ad ipsum terminantur: at huiusmodi interesse duplicem motum habet naturalem, alterum scilicet conseruatiuum, alterum verò augmentatiuum. Hi verò motus pendent a Religione, qua Status conseruatur, & ampliatur, aliàs ipsum esse Tyrannidis ius, cuius obiectum vtile, non autem honestum asserit Aristoteles polit.3 censendum est, fatemur quidē, multum in rebus politicis statuendis posse tum publicam, tum priuatam vtilitatem. Videndum tamen est, nè vtilitas vincat veram honestatem.

Status ius quid sit.

Status religione seruantur, & ampliantur.

Honèstas præferenda vtilitati.

Accedit, quòd si Potestas Politica a virtutibus pendet, vt cap.13. docuimus; Virtutes verò a Religione, vtiquè Ius Status non ad sæculares, sed ad Sacerdotes spectare, idq; in primis summo Romano Pontifici deberi fatendum est.

Status ius ad Sacerdotes pertinere.

Quod & idem Bozius loco citato diuinæ Scripturæ testimonijs, assertione Platonis, & Aristotelis, nec non argumentis moralibus, Politicis, naturalibus, metaphisicis, certissimis euentis priuatis, ac publicis, quotidianis experimentis, extraordinarijs vltionibus diuinitus immissis, speciali Dei prouidentia, assertione Historicorum, ac demum omnium rerum naturalium quodam consensu doctissimè comprobauit.


Deni

Denique si Ius Status est notitia mediorum aptorum ad inchoandum, conseruandum, & ampliandum Dominium; vt rectè quidem definiunt Politici, nullum certè medium ad hæc efficienda aptius, efficatiusuè Religione ipsa inueniri poterit. Nam vastitates, ac ruinæ Principatuum nascuntur ob defectum virtutum, virtutum defectus ob defectum Religionis sapientiæ, & amicitiæ Dei, a quo sunt, mouentur, conseruantur, augentur cuncta; vt ipsum quantum fert eorum natura, participent, & iccirco reducantur in ipsum, a quo omnis boni multiplicatio, & perpetuitas emanat. Exempla non referam, cùm ea passim apud Historicos tum Sacros, tum Prophanos legantur, & præsertim apud Valerium Max nuperrimè verò apud Ioannem Baptistam Egnatium Virum doctissimum, De exemplis Illustrium Virorum Venetæ Ciuitatis. atque aliarum Gentium lib. primo. de neglecta Religione cap. 2. *Religio quanti facienda.* *Principatuũ ruina vnde oriatur*

Concludamus itaque, Ius Status esse potestatem a Deo datam per medium Pontificem eius in terris Vicarium Principi in populos, iustè imperanti in bonum subditorum, cum legibus prodeuntibus a diuina & naturali, ad moderandas Principis, vt Princeps est, actiones. Hacq; in re Itali maximè se diuino munere extollant super omnes Nationes, quod habuerint principẽ Celestem Pontificem scilicet Romanum, qui per multa sæcula dederit potentissimis Regibus, vt primi essent inter potentissimos orbis terrarum Reges hoc solo, quod ipsius concessu vocabantur Imperatores Romanorum; quam dignitatem sequebantur amplæ in Italia ditiones; ipse autẽ Pontifex ita colatur a maximis omnium Regibus, & Imperatoribus, vt nemo vnquam viuens a talibus sit cultus, quin illi obedientiam singularem per suos legatos semper iurent & quidem è tam remotis oris missos, vt ex adeò longinquis nunquam ad vllum fuerint hac de causa vel vlla etiam, missi. Ipse autem Reges, & Imperatores maximos so io deiecerit, aliosq; ad illud euexerit, ita vt nemo ex vlla orbis parte vnquam tot, ac tam magnis ditionibus imperantes vel eis exuerit vel ad eas promouerit. & eidẽ *Ius status cui attribuendum*

℘ tantū tempus maxima Regna tributum soluerint, quā tum nulli ac in re euenit. opes porrò tantas inter suos partiatur, quantas nullus vnquam Rex vel Imperator; Ex his vero Episcopi ab ipso ordinati potentissima imperia, ac regna dent, atq; ex antiquissimo tempore soliti sint dare, ac rursus ex his aliqui vt possint id, habeant ipsius Pontificis largitione, nomenq. & decus Regium magnis Principibus largiatur. Abeant igitur Moderni, insipientesq; Politici, qui inuidia, ambitione, & auaritia obcæcati, Ius Status ad ius Pilati referunt, de quibus Sancti Dei ita prophetarunt, Astiterunt Reges Terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christū eius psal. 2. Et Isaias. Infecta est terra ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerūt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Verum quid ipsa Religio dicat, audiamus; Sæpè expugnauerunt me a iuuētute mea, etenim non potuerunt mihi: propterea induātur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua.

FINIS.



Quantum spectat ad S. officium Inq. imprimatur dummodo accedat approbatio Adm. R. P. Inquisitoris.

Aloysius Brullinus Vic. Paduæ.

Liber M. R. & Exc. D. Alessandri Carerij inscriptus de Potestate Rom. Pont. nihil meo iudicio continet, quod sit contra fidem, vel quod bonos mores corrumpat, quē diligenter perlegi nomine Reu. P. Inquisitoris.

Hier. Zaccus Archypr. Pat. Sacræ Theol. Doctor.

Quoad spectat ad S. Off imprimatur, opus de Potestate Rom. Pōtificis compositum ab Adm. Reu. & Ecc. D. Alex. Carerio.

Fr. Aurelius Nouarinus Crem. Vic. S. Officij Paduæ de mandato.